





TRACTATUS  
VARIII.

.2.

Simonius Pastor.

V. P. B. a. Martii.





IHS  
BIBLIOTECA DE LOYOLA.  
Sala 1  
Estante 17  
Plúteo 6

108,5



S. PAULUS

REDIVIVUS,

SCRIBENS

AD QUESNELLIANOS.

PRO

POSTHUMA SUGILLATIONE DISSENSUS

SACRO-SANCTÆ

CONSTITUTIONI

UNIGENITUS,

PROPOSITIONIBUS PER EAM

ANTE DAMNATIS

MODO

QUESNELLO DEFUNCTO

AUTHORI SUO,

TANDEM, TANDEM CONSEPULTIS

FUNUS AGIT, ET FINEM OPTAT.

D. EMMANUEL GARCIA PEREZ,

Hispanus :i Parrochus Toletanus,

Oppidi de *Parla*.

---

*Cum licentia* : Matrivi, apud Viduam Ioan. Garcia  
Infançon, Anno 1720.



✠

**S. PAUL.**  
*Attendite vobis, & Univerſo gregi, in quo vos Spi-  
ritus Sanctus poſuit Episcopos regere Eccleſiam.  
Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.  
Actor. 20. 28.*

**SIN AſTEM.**

**S. AUGUST.**  
*Qui erunt homines, per quos à vobis error auſera-  
tur, cum vos elegerit Deus, per quos errores au-  
ferat caterorum. Lib. 1. de Serm. Dom. I  
in Monte c. 6.*

**AUGUSTISSIMÆ  
COELESTIUM, ET TERRESTRIVM  
IMPERATRICI,  
POTENTISSIMÆ CUNCTARVM  
HÆRESVM INTEREMPTRICI,  
BENIGNISSIMÆ FINIVM ECCLESIAE PACATRICI,**

**MARIAE**  
MIRA SUB IMAGINE VENERANDA RELIGIONE CULTÆ  
**IN SACRARIO**  
PRIMATE TOLETANO.

PRODICAT D. MELCHIOR ANGELVS  
Gutierrez Vallejo,  
PRIMARIÆ ECCLESIAE DOCTORALIS  
Canonicus, & Sacratiffimæ Imagini  
Ferventiſſimus.

**M**AIORA ſunt (Sacratiffima Theo-  
Tocos) Tibi debita iure, quam  
reddita iuſtè, aut reddenda pie:  
pluraque de Te, Civitas Dei, nè  
quidem fanda dignè, quam vel prædicta ſanctè,  
aut prædicanda glorioſè: parva quidem, ferè



væ nulla bis pauper, & dicare possum, & dicere: verum divina benignitas, non quanta, sed quanto corde, fovenda respicit munera: parvum opus sanè; verum maior animus certè: Opus verè Sacrum, intimo quidem corde, quamvis non mente, Sacratum apte se se it in Sacrarium: qua parva, quaque Sacra, reliquia: à me prodit, & non; quippè per te habeo, quod ad te voveo: Sacra inijt tutela pro sacra causa: pro securitate navis de errantibus stellis, aciem fixi intuitu Stellæmaris: pro novarum hæresum interemptu, omnium Soli Interemptrici dico ego opera mea in Vniverſo mundo: pro horribilibus tenebris depellendis, potentissimæ efficacix electi Solis: pro turpi instabilitate pulsanda, stanti Lunæ pulcherrimæ claritatis: pro tranquillæ pacis gloria, Gloriæ pacis tranquillæ: pro æquandis mendacibus hominum stateris, Divini Proto-Magistræ ponderis: & pro debita reverentia Vice-Christo in Cathedra Seniorum toto Orbe terrarum, regnanti Christi Matri folio Cœlorum obsequio Cœlicolarum. Quia verò tibi pauper sum ego, & in laboribus à iuventute mea: procedit adorans Melchior, & donat aurum puræ veritatis;

tis: Thus venerandæ Religionis: & mirrha in pro sepeliendis, cœcitate erroris, & tenacitate amaritudinis: nunciat Angelus Mariæ, officij nomine non naturæ: ficque ambo dicimus, & dicamus.

*Cœtus in excelsis Te laudat Cœlicus omnis,  
Et mortalis homo, & cuncta creata simul.  
Hæc placeant Tibi, placeat devotio nostra:  
Cum prece, & voto adsumus ecce Tibi.  
Ferè ex officio Ecclesiæ.*



APPROBATIO ILL<sup>ni</sup>. ET R<sup>ni</sup>.

P. D. Francisci Antonij Scandon, Clerici Regularis Sacra Theologia Professoris iubilati; Supremae Fidei Senatus Censoris; Archiepiscopatus Toletani Synodalis Examinatoris: & demum electi Episcopi Ampurienensis, & Civitatenensis.

EX remissione D. D. Nicolai Alvarez de Peralta, huius Matritensis Curiae Vicarij pro Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Toletano, &c. vidi, & iucunde perlegi Librum, cui titulus est: Sanctus Paulus redivivus, scribens ad Quaesnellianos pro posthuma Jugillatione dissensus Sacro-Sanctae Constitutione VNIGENITVS, Authore D. Emmanuele Garcia Perez, Parrocho Toletano, Oppidi de Parla.

Et inveni opusculum aureum, ex omni parte, solo Paulo dignum, inquam, Paulo, quia solius Pauli totum opus est. Verba enim sunt Pauli, doctrina Pauli, argumentum Pauli, & etiam spiritus Pauli anima operis est: bene ergo: Sanctus Paulus redivivus, scribens ad Quaesnellianos, in fronte titulatur opus.

Verum si ita est, quid in hoc opere proprium Authori est? sane ingenium, & mirabile artificium. Quaesnellianos sicut oves errantes, ad ovile Christi trahere tentat Author: in odorem unguentorum Christi animas currere, dogma est: ideo clamabat illa, ut attraheretur: (a) Trahe me, post te cur remus in odorem unguentorum tuorum. Odorem suavissimum Christi esse Paulum, ipse de se ipso testatur, dicens: (b) Christi bonus odor sumus: ergo bene odore Pauli Quaesnellianos attrahere ad Christum tentat Author; sed quo ingenio tentat, & intendit?

(c) Epistola (c) Pauli, velut hortus virentum, aiebat Cornelius Alapide, age, si iuber, prosequitur ipse, in hoc deliciarum Paradiso in ambulemus: liba florem, & pomum hinc, inde unum. Lubuit

(a) Cant. 1.4.

(b) Corint. 2.2.

(c) Comment. c.4.

buit Authori nostro, hortum hunc amoenissimum deliciarum ingredi doctrinae Pauli; rectosque perambulans Epistolarum tramites, viarumque amœna virentia percurrens, hinc libavit florem; inde pomum discerpit; & florentissimo ingenio feligens, non quod melius, sed quod aptius; (omnia enim, quae scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.) Florem flolinetit; pomum pomum ligat, & mirabili artificio fasciculum venustissimum efformat, suavissimo flagrans odore; Quaesnellianisque praesentat, ut animum attrahat, & ad ovile Christi animas errantes reducat.

Idem argumentum iam Viri doctissimi in lucem ediderunt, errores Quaesnellij fortissimis rationibus impugnant, & convincentes; sed in his profigandis, proprio ratiocinio, propriisque vocibus, vsi sunt: at noster Author, ut fortius in hostes irruat: suaviusque mentes alliciat, non suis verbis, sed videtur Sermonibus Pauli; nullum enim verbum, nec Jotavnum, nec vnum apex in toto opere invenitur, quod in Epistolis Pauli non reperitur.

Dum viveret Apostolus Paulus, quatuordecim Epistolas scripsit, quibus Ecclesiam informat, mores instruit, & inimicos fidei acriter impugnat, erroresque confutat: nunc (ni fallor) decimam quintam ad Quaesnellianos Author ex eodem Paulo transcribit, & nova forma in lucem prodit: non altera à Paulo, sed à numero; quia etsi à numero altera, non altera à doctrina, à mente, à spiritu, à verbis Pauli, haec decimam quinta est.

Quis non credat, quod si D. Paulus nunc inter mortales ageret, talem, ac tantam Epistolam ad Quaesnellianos scriberet? scripsisset utique. Immo, iam in Coelo regnans, scribit calamo Authoris, idem, quod, dum viveret, propria manu scripsit ad diversos. Optime se probat Author noster: (d) Scriba doctus in Regno Caelorum... qui profert de Thesauris suis novam, & vetera. Vetera profert Author, dum Orthodoxas Pauli sententias transcribit; profert nova, dum novo ordine, novo stylo, novoque venusto subtili filo, eas in unum congerit, & annectit.

Novum, inquam, scribendi genus: non novum, quia invisum, sed quia rarum: (e) Nihil enim sub Sole novum: clamat Divinus Ecclesiastes, & bene. Similem Epistolam, simili

(d) Matih. 13.

(e) Eccles. 1



in contextura efformatam; parvam tamen, è diversis libris, aliquibus de plurali in singulari mutatis, verum eodem prorsus sine, & argumento scripsit Sanctissimus ille, inter nostrates P. D. Ioannes Petrus Carrasa, in Summi Pontificatus apice Paulus PP. IV. quam ad litteram refert, & transcribit N. Chronista (f) Silos.

Defecerat à Fide, à Religione, à suo Ordine, à reverentia magnus ille quondam Bernardinus Ochinus, & ad hereticorum partos transierat. Hæresiarcham agebat scelestissimè, austeritatis primævæ relicto saccu, tonsa barba, spretoque pudore, Genevæ sedem fixit, & in Cathedra pestilentissimæ dogmata in Romanam Fidem, in Christi Vicarium, in Catholicum nomen Lutheranus effundebat.

Commiseratus N. Carrasa (tunc Cardinalis) præcipitum tanti Viri casum, Epistolam ad ipsum elucubravit, in qua, quæsitis ex S. Pag. verbis, sententiisque congestis, mirabili quodam eloquentiæ genere, ac sermone planè disertò, Ochinum accerrimè increpat, charitativè monet, fortiterque suadet; & eximio illo ardenti, quo estuabat, fidei zelo, impium transfugam, ac Religionis desertorem, ad Christi ovile revocare studet, & tentat. Efficacissimam vim huius Epistolæ, ex Sacræ Scripturæ verbis congestæ, probavit eventus.

Nam, (vt (g) Capuccinorum monumentis constat) idem Ochinus, accepta Epistola, divina aspirante gratia, in se reversus, vt alter quondam Prodigus) Lutherana dogmata respuens, hæresim abiurans, & Catholicam Romanam Fidem reassumens, & prædicans, dum suum fatetur errorem, dum suum deplorat funestum casum, dum asseclas ad fidem revocare Orthodoxam, in ipsa confessione veræ fidei, plurimis exhaustis vulneribus, suorum asseclarum manibus occisus occubuit.

Vtinam, & hoc Quesnellianis eveniat; zelus, Epistola, argumentum nostri Authoris, similem conversionem intendit, similemque sceleratam exoptat. Quod eveniet, si (Deo auspice) nollint ipsi in tenebris suæ persistere cæcitatatis; verbis Doctoris Gentium errantes arguit, somnolentos increpat, Quesnellianos vocat: lucem Ecclesiæ D. Thomam, (ne in verbis offendunt) verbis Pauli apponit, vt tanti Solis radio obscuriora Pauli luce clariora omnibus patefiant. Nullus enim,

(g)  
Chron. Capucc.

enim, sicut D. Thomas, Paulum illustravit. testis est Apostolus ipse, qui, vt refert Cornelius, (h) sciscitatus à Thoma: Num probe affectus esset mentem Epistolarum eius? Apostolus respondit: *Quantum quidem assequi potest quispiam in mortali corpore.*

Si ergo nihil conformius menti Doctoris Gentium, quam Thomæ dilucidatio; si nihil magis opponitur Quesnellianorum erroribus, quam vera, & genuina Angelicæ Præceptoris mens: ergo ex utriusque mente Author irrefragabile argumentum in Quesnellianos efformat, vt moveat, vt attrahat, vt convincat. O egregius labor! O scilicet argumentum!

Verum egregium laborem encomiare, vt par est, brevitatis calami non permittit; sed meruisse satis est, immò iustum est, nam, teste Seneca: (i) *Merentem laudare iustitia est.*

Exeat ergo, & in lucem prodeat opus luce ex omni parte dignum: suum exequatur finem, suum etiam manifestet Authorem, exiguo oppidulo inclusum; quia (j) ego (verbis Chrisostomi loquor) *doleo, & moleste fero, quod virum hunc non omnes, sicut par est cognoscant.*

Nunc iam, vt muneri iniuncto Censoris satisfaciam, ad Censuram operis accedo; verum si proprium huius Epistolæ Authorem Div. Paulum agnoscimus omnes, & ipse fatetur Scriptor, quid opus censuræ est? (K) *Neque enim fieri poterat, (vt cum Casiodoro concludam) vt, que tantus Author produxerat, sententia nostra in eo corrigendum aliquid inveniret.* Sic sentio: sic subscribo, in ista Clericorum Regularium Madritensi S. Caietani Domo, salvo, &c. 24. Martij, Ann. 1720.

D. Franciscus Antonius Scandon, C. R.  
Electus Episcopus Ampuriensis.

(h)  
Alapid. in  
Proem. de  
Prærogat.  
Paul.

(i)  
Epistol. ad  
Lucill.

(j)  
Homil. de  
laud. Paul.

(K)  
Epistol. 22.  
ad Ambr.



LICENCIA DE EL ORDINARIO.

**N**OS el Doctor Don Joseph Gomez y Llorens, Capellan de Honor de su Magestad, Proto-notario Apostolico, Teniente Vicario de esta Villa Madrid, y su Partido, &c. Por la presente, y por lo que a Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir vn Tratado, intitulado *S. Paulus redivivus, scribens ad Quesnellianos, pro posthuma suggillatione dissensus. Sacro-sanctæ Constitutioni VNIGENITVS*, compuesto por el Doctor D. Manuel Garcia Perez, Cura propio de la Villa de Parla, deste Arçobispado de Toledo, por quanto aviendole reconocido, parece no tiene cosa que se oponga a nuestra Santa Fè Catholica, y buenas costumbres. Fecho en Madrid, a veinte y seis de Março, año de mil setecientos y veinte.

Doctor Don Joseph Gomez  
y Llorens.

Por su mandado.

Santiago de Terreros.

REV<sup>mi</sup>. P. Mag. AUGUSTINI DE  
Castejon, è Societate Iesu, Theologiae Expo-  
sitiva Cathedrae semel, & iterum Modera-  
toris: Supremi Fidei Senatus Censoris: Re-  
giæque Catholicae Maiestatis Concionato-  
ris, ac Theologi.


VOTUM OPERIS.

**R**EGIJ, ac Supremi Consilij mandatis obsequens, Li-  
brum pervidi, cui titulus est: *Sanctus Paulus redi-  
vivus, scribens ad Quesnellianos pro posthuma suggil-  
latione dissensus Sacro-Sanctæ Constitutioni VNIGE-  
NITVS, &c.* Authore D. Emmanuele Garcia Perez, Patrocho  
Toletano, Oppidi de Parla.

Opus hoc laudis, & artis est: laudis ob argumenti Re-  
ligionem; artisque ob laboris pulchritudinem. Vno ore du-  
plex fundit melos: vno calamo duas maritat linguas: nam ge-  
mina necit verba, & Apostoli, & sua: polit opus, quæ Pau-  
lus aluit; nexus est Authoris, alimentum Pauli: (1) *Perè*  
*scriba doctus in Regno Cælorum, qui profert de thesauro suo nova,*  
*& vetera.* Paulus scribens ad Corinthios, ait: (2) *Gratias*  
*ago Deo, quod omnium vestrum ore loquor.* Eisdem potest agere  
noster Author, quod loquitur ore Pauli; nam nullum inve-  
nies verbum in toto opere, quod Paulus antea non profunde-  
rit: non est: (3) *Sicut alij adulterantes Verbum Dei, vel vt alij*  
*vertunt. Cauponantes Verbum Dei, vel miscentes aqua vinum:*  
Verbum hoc purissimum vinum est, nam ex palmite Docto-  
ris Gentium expressum est, cuius vitis est Christus.

Quid foelicius? sed quid iustius. (4) *Ponere ista talia lex*  
*sui operis insit; mutare, aut addere Religio non permittit.* Agit  
contra Quesnellianos Author, cuius versutia familiare est,  
verba verbis rependere; aut impossibile profus erit tonitrua,  
& fulgura retundere: talia sunt verba Pauli, teste Hierony-  
mo, dicente: (5) *Paulum quovis scumque lego, videor mihi, non*

(1) *Matth. 13*  
(2) *1. Ad Co-  
rinth. 19.*  
(3) *2. Corinth.*  
(4) *Fust. Lipsi  
Proleg. Po-  
lit.*  
(5) *Ep. st. 50.  
ad Ramach.*



verba audire, sed tonitrua; videntur quidem verba, sed quocumque respexeris, fulmina sunt. Verba huius operis fulmina sunt, quia Pauli sunt; possuntque illi audacter dicere, quod ipse Areopagitis: (6) *Ipsius enim, & genus sumus.* Dum igitur Quesnellium legas, Bajum, Jansenium, & alios hæreticos audies; Authorem dum audias, Paulum leges.

(7) Esai. 6.

Possumus, iure optimo, dicere Authori ex ore Pauli illud Dei ad Esaiam: (7) *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ut evellas, & destruas; & disperdas; dissipes, & adifices, & plantes.* Si enim verba Pauli, ex sui calami pharetra emissa, hæc obeunt munera in omnes hostes Catholicæ Ecclesiæ; hæc eadem, Deo auspice, obibunt ex huius operis literis iaculata; cum eadem prorsus vibrent tela, eadem multiplicent fulmina, eundemque gladium manu teneant: sed quid gladij cum verbis? congruentissimè: audi Deum. (8) *Aaron frater tuus ipse erit os tuum: ipse erit gladius tuus legit Hebræus; quasi idem Deus, qui verba Moysis in Aaronem transtulerit, gladium quoque in eius manu possuerit ad suorum hostium sanguinem, & everfionem. O solatium Ecclesiæ! O gaudium Pauli! hic quondam: (9) Cum Troadam venisset propter Evangelium Christi, non habuit requiem spiritui suo, quod non invenisset Titum fratrem suum. Cur contristaris, Evangelica tuba, per absentiam Titi? (10) Quia habebat, ait Hieronymus, Titum Interpretem, ut illius quodammodo ore loqueretur.* Ausim dicere, quod in tot sapientium turbis, qui linguam, ut calamum, calamumque ut gladium acuerunt contra Quesnellium, eiusque Asselas, fortassis posset Paulus tristitiæ morbo laborare, quia non inveniebat Discipulum, qui eius ore loqueretur; iam invenisti, Doctor egregie; Author loquitur ore tuo, utitur gladio tuo, Quesnellius cadet.

(8) Exod. 7.

(9) 2. Corin. 2.

(10) Hieronym. Epist. 150. ad Hediv.

(11) Pers. Satyr. 4.

Indubium tandem est, quod, qui verba Pauli potuit in unum argumenti filum texere, novit etiam mentem illius calere, & puriora exemplaria accurate evolvere; tum maxime cum obscuriora quæque Angelici Præceptoris luce illustraverit: quare existimo, quod opusculum hoc, & Paulo laudem, & Thomæ nitorem, & deviantibus à veritatis semitis clarissimam affert lucem; necnon omnes de Authore suo ingentem concipient opinionem. Triginta annorum, illo teste, vitam nunc agit, quid inde? (11) *Sunt quibus annorum*

& rerum prudentia velox, ante pilos venit. Exiguum oppidulum strenuum, & ingeniosum Theologum claudit, quid mirum? (12) *Habitarunt Di quoque sylvas.* Deusque Opt. Max. qui in omnibus suis sibi par, in minimis maximus est. Hoc ipso; & quia nihil in eo inveni Catholicæ Fidei, Maiestatique non consonum, dignissimum planè iudico, ut Typis mandetur. Madridi in Colleg. Imperiali Societ. Iesu, 23. Aprilis, Anno 1720.

(12) Virg. Eclog. 2.

Augustinus de Castejon.

LICENCIA DEL CONSEJO.

DON Balthasar de San Pedro Azevedo, Escrivano de Camara del Rey nuestro Señor, y de Gobierno del Consejo; certifico, que por los señores del se ha concedido licencia al Doctor D. Manuel Garcia Perez, Cura propio de la Parroquial de la Villa de Parla, para que por vna vez pueda imprimir, y vender vn Libro que ha compuesto, intitulado, *Sanctus Paulus redivivus, scribens ad Quesnellianos pro posthuma suggillatione dissensus Sacro-Sanctæ Constitutioni VNIGENITVS,* por el original que vâ rubricado, y firmado al fin, de mi mano, con que antes que se venda se traiga al Consejo, juntamente con el original, y certificacion del Corrector, de estar impresso, conforme à el, y se tasse el precio à que se ha de vender, guardando en la impressio lo dispuesto por las Leyes, y Pragmaticas de estos Reynos: Y para que conste, doy esta Certificacion, en Madrid à diez de Junio de mil setecientos y veinte.

D. Balthasar de San Pedro Azevedo.



ERRATA ITA CORRIGENDA.

Fol. 5. Gloss. lin. 28. nunciatio, leg. nunciatio. \* Fol. 5. Gloss. lin. 34. hypocrisi, leg. hypocrisi. \* Fol. 7. Gloss. l. 5. iudicare, leg. iudicari. \* Fol. 7. Gloss. l. 40. spatienter, leg. sc. spatienter. \* Fol. 12. Gloss. l. 3. fidei, leg. fidei. \* Fol. 21. Gloss. l. 33. quolibet, leg. quodlibet. \* Fol. 26. Gloss. l. 35. cui, leg. vbi. \* Fol. 31. Gloss. l. 6. abieta, leg. abiecta. \* Fol. 32. Gloss. l. 29. inflammationem, leg. inflammationem. Ibidem in cit. Galat. 6. leg. 5. \* Fol. 34. Gloss. l. 35. divina, leg. divino. \* Fol. 35. Text. l. 9. paci, leg. pacis. \* Fol. 35. Gloss. l. 2. scientiam, leg. scientia. \* Fol. 37. Gloss. l. 5. habeat, leg. habeant. \* Fol. 37. Gloss. l. 6. sin, leg. sint. \* Fol. 37. Gloss. l. 2. ab hoc dicit, leg. ab hoc quod dicit. \* Fol. 46. Gloss. l. 7. hæreticis, leg. hæretici. \* Fol. 47. Gloss. l. 4. subvesic, leg. sub veste. \* Fol. 50. Gloss. l. 29. pinguis, leg. pingues. \* Fol. 52. Gloss. l. 13. cupiditatis, leg. cupiditates. \* Fol. 53. Gloss. l. 22. ostendit, leg. ostendit. \* Fol. 53. Gloss. l. 29. abrupto, leg. abrupto. \* Fol. 54. Text. l. 1. impotentia, leg. in potentia. \* Fol. 59. cit. 1. Timoth. 3. leg. Tit. 3. \* Fol. 59. Gl. l. 25. communicationibus, leg. excommunicationibus. \* Fol. 61. Gloss. ultim. ad fidem, ad textum anteriorem: ibi ad auertendum. \* Fol. 68. Gloss. l. 1. hac & alia. iunge ad Gl. anteriorem. \* Fol. 68. Gloss. l. 12. sunt, leg. sunt. \* Fol. 69. Gloss. l. 28. instituendum, leg. insistendum. \* Fol. 70. Gloss. l. 18. solitudinis, leg. sollicitudinis. \* Fol. 70. Gloss. l. 33. vindicabis, leg. vindicavit. \* Fol. 70. Gloss. l. 39. honorare, leg. honore. \* Fol. 71. Gloss. l. 6. enim, leg. vnum. \* Fol. 72. Gloss. l. 32. Deus, leg. Deos. \* Fol. 79. Text. l. 8. gaudio, leg. gaudeo.

He visto este Libro, intitulado: S. Paulus redivivus, scrivens ad Quæstionarios, pro posthuma suggestione dissensus Sacro Sanctæ Constitutioni VNIGENITUS. Y con estas erratas corresponde à su original. Madrid, y Junio 12. de 1720.

Lic. D. Benito del Rio y Cordido. Corrector General por su Magestad.

SVMA DE LA TASSA.

T Affaron los Señores del Consejo este Libro, intitulado, S. Paulus redivivus, &c. à seis maravedis cada pliego, como consta de la Certificacion que de ella diò D. Balthasar de San Pedro, Escrivano de Camara de su Magestad. En Madrid à 15. de Junio de 1720.

PROLOGUS.



Anè opportunum, Lector sanè, ac necessarium certè, & (a) hæreses esse, prædicante Paulo, & (b) scandalo venire, asserente Christo: verum licet vè illis, per quos hæc veniunt, ex ijs attamen bona plerumque occasionantur: quippè (c) Deus, cum summe sit bonus, & iustus, & sapiens, non sineret, mala fieri, nisi inde bona elliceret. (d) Multa quidem ad fidem pertinencia, dum hereticorum callida inquietatione exagitantur, ut adversus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & prædicantur instantius: quippè ab (e) adversario inota quaestio, discendi existit occasio: (f) Improbatio insuper hereticorum facit eminerè, quid Ecclesia sentiat, & quid habeat sana doctrina: (g) Vitales ergo sunt heretici ad inveniendam veritatem, dum calumniantur ad seducendum in errorem; negligentius enim veritas quaereretur, si mendaces adversarios non haberet. (h) Ideò Divina Providentia multos diversi erroris hereticos esse, permisit, ut cum insultant nobis, aut interrogant nos ea, quæ nescimus, vel sic excutiamus pigritiam, vel Divinas Scripturas nosse cupiamus. Igitur (i) utamur hereticis: non ut eorum approbemus errores; sed ut Catholicam disciplinam adversus eorum insidias asserentes, vigilantiores, & cauciores simus; etiam si eos ad salutem revocare non possimus: callidum (j) namque est genus hereticorum, non spiritu sapientie, sed impotentia, qua solent hereticorum fervere præcordia, & pacem conturbare Sanctorum; sed hæc in usum cedunt proficiendi: (k) Ecclesia quippè Catholica per totum Orbem diffusa omnibus errantibus vitur ad profectus suos, & ad eorum correctionem, cum vigilare noluerint: vitur enim genibus ad materiam operationis sue; hereticis ad probationem doctrine sue; schismaticis ad documentum stabilitatis sue; Iudæis ad comparisonem pulchritudinis sue. Vndè qua procella Ecclesiæ navis magis impetita, eo magis robusta; quippè inimicis eius minime prævalentibus, ibi solus, vbi furor ventus; sibi merito vendicante Davidicum illud: Sæpe (l) expugnaverunt me à juvenute mea: etenim non potuerunt mihi. Vndè clamanti sal-

(a) I. Corinth. II. (b) Matth. 18. (c) Aug. Ench. (d) Idem in Gloss. huius (e) Ibidem. (f) Ibidem. lib. 7. Confess. (g) Idem. de Cõf. Evãg. (h) Idem sup. Genes. (i) Idem. de ver. Relig. (j) Idem. l. 16. de Civ. Dei. (k) Idem. de ver. Relig. (l) Psal. 128. v. 1. & 2.



va nos, perimus; dicam quare dubitasti? Fortius nonne fuit Ec-  
clesia primævis claræ iuventutis sæculis agitata? Sanè. Ve-  
rùm nonne etiam clarior tunc gloria, cum insolentior invi-  
dia? quis nisi modicæ fidei dubitaverit?

Talis hiscè tempestatibus antiquis accrevit gloria, no-  
viter erumpente nova veterique zizania inter veritatis semina.  
Otiola, qua non impetita, pace gaudebat Ecclesia; &  
vt otium excuteret, non defuit, qui pulchritudinem tran-  
quillæ pacis turbaret: Author, verius extumulator doctrinæ  
iam in sepulchro putridæ, quia vt in plurimum Janseniæ, ex-  
titit vir sanè doctus, modo ad sobrietatem eruditus: verè  
pius, si scientia non inflatus, verè itidem Christianissimus, ni-  
superbia elatus, tepidus extitisset Catholicus.

Paschasius Quesnell natione Gallus, origine Parisiensis,  
professione Oratorij Alumnus, doctrina verò Jansenianus.  
Percrebuerat Orbi doctrinæ eius, veræque, aut simulatæ  
virtutis speciosa fama: ansa quidem talibus necessaria, vt,  
præiacto spectabili fundamento, foelicius, si placet superis,  
& facilius insurgat opus caduca machina Babilonicum: non  
aliter ferè omnes hæretici humanæ acceptionis tabulam,  
tetrus postea coloribus denigrandam, præpararunt.

Pro mille vnus, famosus quidem, Quesnellio antipes,  
hæreticus fuit Pelagius: verùm serpens adhuc sub herba  
quantam doctrinæ, & probitatis affecutus adorem? non  
semel laudes Augustini meruit, qui postea sub eius invicto  
calamo infelix delituit. Scribebat S. D. ad Marcellin. PP. &  
aiebat ita: *Legi (m) Pelagij quedam scripta, viri, vt audio, Sanc-  
ti, & non parvo proventu Christiani: hunc ante læthale virus  
detectum commendavit Augustinus; hunc, & evomentem  
postea ( talem præconceperat ) lamentabatur Chrysostomus:  
De (n) Pelagio, aiebat, Monacho magno dolore affectus sum: cogi-  
ta igitur, quod, quantisque coronis digni sunt, qui forti animo in-  
acie steterunt; cum viros tam pie, ac sanctè, tantaque cum roboran-  
tia viventes, arripi, atque in fraudem impelli videamus:  
quanta hæc? & nihilominus solemniter hæreticus fuit Pela-  
gius.*

Quid ergo prodesse poterunt Quesnellij decantatæ lau-  
des in Gallia, si latebat anguis sub herba? ingenio, & erudi-  
tione sanè præditus: talia enim nec rudes, aut Idiotæ am-  
biunt:

(m)  
Epist. 22.  
ad Mar-  
cell.

(n)  
Epist. 4. ad  
Dymriad.

biunt: verùm vera sapientia est, & non vera: intellectus bonus,  
& malus: *Intellectus (o) bonus omnibus facientibus eum:*  
sapientia vera in timore Domini, non in superbia Diaboli:  
verè sapiens, ait divina veritas: *Palam (p) faciet disciplinam  
doctrinæ suæ: Quesnellius clam eructabat, quod publicè non  
audebat: Collaudabunt (q) multi sapientiam eius, & vsque in sæ-  
culum non delebitur.* Quesnellium laudaverunt pauci, extra  
suos verò vituperarunt omnes; & cuius, si vera fuisset sa-  
pientia, non deleteretur in sæculum; delecta est in sæculum:  
*Fiat, fiat. Sapientiam, (r) insuper eius enarrabunt gentes laudem  
eius enunciabit Ecclesia.* Quesnellij quid enarrabunt gentes, ni-  
si deliria? & quid nisi anathema pro laude enunciavit Eccle-  
sia?

Verùm enim verò venenum illud, licèt foventi dulce,  
nequibat semel ebibitum latitare; vnde compulsus est evo-  
mere amaritudinem amarissimam, quam è fonte turbida  
ambabus manibus hauserat. Floruit olim in Lovaniensi Aca-  
demia Cornelius Jansenius, postea Episcopus Yprensis, vir  
adhuc robustioris famæ Quesnellio: in elaborato opere, quod  
aureo nomine AUGUSTINI signavit, magisterium adversus  
libertatem erexit, & discipulatus eius in dies crevit: in eius  
gratiam, & doctrinam Quesnellius perperam se captivavit:  
quamvis Jansenius respiscit: suppres fuerunt in errando: im-  
pres in respiscendo; quippè quem secutus est errantem, du-  
fugit respiscentem.

Etsi verò respicit Jansenius, attamen Jansenismus fuit  
damnatus. Primo ab Innocent. X. Constitutione: *Cum oc-  
casione.* Ann. 1653. sessionis eius nono: postea verò pro ex-  
tirpandis Jansenistarum aliquibus subterfugijs, intrusas Jan-  
senio Augustino quinque damnatas Propositiones, prætex-  
tantium, iterum emanavit alia, priori inserta, constitutio:  
*Ad Sacram B. Petri* ab Alex. VII. Ann. 1656. sessionis eius  
secundo: cæterum rebus adhuc inquietis, nec sedatis Janse-  
nistis; tergiversantibus, sensum ab Innocent. & Alex. dam-  
natum non esse à Jansenio intentum; hæc vt obtruderet, &  
quæ imaginari possent, præcaveret, alteram constit. *Regimi-  
nis Apostolici.* Ann. 1664. sessionis eius decimo idem SS. edi-  
dit, ad præces præcipue Regis Christianissimi, & Episcopo-  
rum Galliæ, quorum nomina, & munia apud Arsdich. in-  
venies, in qua vt Ecclesiæ tranquillitati consuleret, & culli-

(o)  
Psal. 110.  
vers. 10.

(p)  
Ecclesiast.  
39.

(q)  
Ibidem.

(r)  
Ibidem.



bet cerebrofitati penitus aditum occluderet; de plenitudine potestatis omnibus, ad quos pro munere spectaret, rigorose præcepit, prædictis Constitutionibus ita subscribere, & Jansenismum sub hac formula abiurare.

*Ego, N. Constit. Apostolica Innocent. X. data die 31. Maij 1653. & Constitur. Alexandri VII. data 16. Octobris 1656. SS. PP. me subijcio; & quinque Propositiones ex Cornelij Jansenij libro, cui nomen AVGVSTINVS, excerpas, & in sensu ab eodem Authore intento, prout illas per dictas Constitut. Sedes Apostolic. damnavit, sincero animo rejicio; ac damno; & ita iuro: sic me Deus adiuver, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Verum quia superbia eorum, qui veritatem oderunt, ascendit semper, neque tot iteratis Constitutionibus obmutuerunt; & prædictam formulam varijs ambagibus enervare tentarunt: quod coegit Innocent. XII. tunc sedentem, ut novam, & novissimam ederet, & ut muta fierent labia dolosa pro rigorosa præceptæ formulæ observatione.

Florere cœperat his verè tempestatibus Paschas. Quesnell. qui spectatus, ut faceret ybas, fecit labruscas: Anno siquidem 1678. cum in Comitij Generalibus Oratorij Beruliani, quibus aderat, proponeretur ipsi enuncianda formula: Ecce apparuit Jansenianus; & iurare renuens in SS. Constitutiones, qui iuraverat, in dogmata damnata Jansenij, conversa est vitis hæc in amaritudinem, & petra scandali factus, è Petri petra misere fuit scissus; utque schismatici munia ageret, & hæretici prænas fugeret, Regnum Christianissimum dereliquit, clericalem vestem exiit, Sacram militiam deseruit, & Belgium profugus petijt, vbi sub veste laica aliquantulum latuit.

Cœpit ibi serpens callide sibillare, disidia commovere; Clerum adversus Sum. Pastorem excitare; Baij, & Jansenij maiorum eius venena fuscitare, sibi alere, & cæteris propinare; Sanctam, & Apostolicam formulam sacrilegam prædicare; ore, & calamo pro nefanda causa laborare; alijs ad hoc auxilium præbere; nondum ad venisse tempus iudicandi Jansenio, conclamare; venturumque, illatam Magistro iniuriam reparandi, Vates diabolicus prophettare; ipsum se solum, vel invito Orbe Christiano, vel si Ecclesia renueret univèrsa, paratum ad aras usque defendere; ad hoc labores infatigabiles agere; pestilentia Cathedras erigere; vires

res in factione augere; varijs clam excusis, & suis, & alienis tum nobis, tum antea iam laboribus conscriptis, crudum bellum Ecclesiæ Papæ, & veritati parare; rumorem infamie calamo foetidum, nec parcens Regibus Catholico, & Christianissimo, nec utriusque status Potestatibus, seminare.

Hæc, & alia ne quidem fanda, serpens calidissimus machinabatur inquietus, ut astutiæ suæ cederet S. Ecclesiæ Paradysus: Vah. hic erat, quem vulgus non spernendus Sanctum, & Pium conclamabat: proh! mendacitas hominum! & hic erat, qui Belgium Catholicum alto ob tenebrabat scandalo: cui, ut iret obviam Primas Belgij Mechliniensis Antistes, auxilio Regis N. Catholici, Quesnellium quæri, & carceri mancipari fecit; & factum est ita; die 30. Maij Ann. 1703. cum duobus alijs nequam, qui convicti resipuerunt, & Quesnellium abiurantes, benignè audierunt.

Ille verò è carcere aufugiens, & Ecclesiæ mœnia transiliens, ut liberius venena funderet, navigavit Hollandiam; ibique hæreticis novus, & gratus advena benignè exceptus tenacius adhuc impudens prosequeretur cœptum Pseudo-Apostolatam; quousque gladium bibrante Deo, arcum suum terendit, & in eum paravit illum, in eoque tam non converso, quam perverso homini paravit vasa mortis, qua, elapso proximè anno 1719. ab Ecclesia profugus, & evulsus, suum diem clausit extremum, 28. annis expletis, quibus una misere fuerunt labor, & dolor.

Obitus viri adeò in Europa famosi libello publico Madridensi, hispanismo nostro *Gazeta* palam datus, honestis sanè coloribus pingebatur; quippè qui Sacramentis munitus, de fide professus, & si quid tuis operibus fidei inveniretur oppositum, detestatus est: nescio, quid protinus hæsitanti mihi, non parvam genuerit suspicionem de illis: *si quid inveniretur, &c.* quasi nulla fuissent inventa, neque tot damnata; & quamvis de his quæ honestè apparebant sum gavissus; hæsi pendulus; quousque libello Hollandico certioratus, quippè qui de facili palam facit, quod nostras cauta pietate occultit, rem ipsam menti coeuntem comperi; Quesnellium obijfse recalitrantem, S. VNIGENITVS Constitutionem renuentem, & ad Tribunal Ecclesiæ in futuro, aut possibili Concilio de appellante; sicque ad Tribunal, de quo illi non dabitur appellatio vlla, erectus est evita.



Notitia hæc sanè motivum laboris fuit ; tantaque de obstinatione dolens , qui iam Quesnellio sublato suadere , & prædicare non poteram ; medellam qualem qualem adhibere parabam Quesnellianis , reliquijs in Gallia suis : fuerunt hi , non quidem è rudi Populo vulgi , sed è conventu hominum sapientiori ; & , quod plus Orbis mirabitur , è Sacro venerabili cœtu : renuebant pariter hi pro fide Parentis Constitutionem , quippè quos vivens habuit sequaces , obiens reliquit hæredes : movit ergo calamum professio illa fidei mihi fallida , nè in reliquos transfret , sublatoque iam Errori-archa , tolleretur scandalum , æterno , vt sperabam , silentio sepeliendum.

Non me fugerat , strenuè , verum eorum perfidia infeliciter , laborasse , & extra , & intra nosram Hispaniam Vtros vtique sapientissimos , iam nervosè convincentes damnatas Propositiones , iamque religiosè vindicantes , summam , & infallibilem potestatem Sanctissimi discernentis cumque desiderio inierit , quale quale Sacrae causæ dicere talentulum , impellebat vorum spatiosum opus dogmaticum ; cui pro vestibulo parabam hanc Epistolam ; & pro apparatu tentabam Genesim , vt aiebam , hydræ Quesnellianæ , quam ellatis , sæculis anterioribus , capitibus virulentis , ducere cœperam à *Primogenito Diaboli* (frassis D. Ignatij) Simone Mago ad Manicheos ; hinc ad Albanenses , & Albigenes , qui Gallias præcipuè infestarunt , inter quos , & alia duo prodierunt venenata capita , quibus insutans Bernardus ad Innoc. III. *Sibillavit apis* , ait , *que erat in Francia api de Italia* : fuerunt Petrus Abailardus , & Arnoldus de Brixia : hinc ad effrenatum Vviclesum ; & hinc ad Lutherum , & Calvinum , à quibus veniebam tandem ad Baium , & Jansenium , quibus avo , & patri caput suum adauxit Quesnellius , qui progeniem hanc viperarum noviter condito , sed letro lacte nutrit ; quousque vno ictu S. Constitutionis iugulavit ea SS. PP. N. CLEMENS.

Post apparatus istum , in quo , anteriora hæreticorum capita anothomicè perscrutando , Quesnellij vltimum legitimam eorum sobolem esse , pro comperto dabam , omnimodam impugnationem dogmaticam parere cœperam damnato Quesnellianismo. Verùm enim verò me ipsum intus legens , & parum , pro parvitate nostra , votis licèt ingentibus , respon-

dere posse noscens ; quod desiderio desideraveram , mihi penè impossibili iudicabam , tum scientiæ , & ingenij tenuitate ; tum librorum , misera mihi , penuria : tum que tandem , quippè alijs benè visis , meisque per impossibile datis , hæc mihi sæpè volebam : *Quid proderit , quantalibet illa sit , argumentatio , quibus non profuit sacro-Sancta è Petri Cathedra Constitutio?*

Sanè Doctores nostri (quæquæ dicam Sorbonici) nec toti Orbi literario cedent ; verùm , PP. semel damnante , ingenium ita captivant , vt neque sibi dicant fatis , quippè in mandatis eius volunt nimis : Qui ergo Papæ non , cui nè ? vituperent cœcam hanc , ipsisque irrationabilem , promptitudinem ; vituperabimus sanius occulatam aded , cerebrosamque eorum elationem.

Præterea , vulgato fine Quesnellij , sperabam , aut , mihi avide desideranti , fingebam , scandalum hoc extremum egisse malum : immò his retro mensibus pro labentis anni rumor non levis invaluit , admissam iri *Constitutionem* post obitum Eminentissimi Cardinalis da la Tremolle , qui strenuè , vt ferebatur , pro pia causa laboraverat , quoddamque laboris eius monumentum inter sua reliquerat ; saxitque Deus ita , cum hæc Epistola fuerit edita ; tunc enim convictos iam præhabebimus , quos vincendos prætendebamus , exhibitque vincens labor nos- ter , vt vincat.

Quæ propter , relictis tentatis alijs laboribus , qui non modicum expetebant tempus , proprio muneri proprius accedens , Quesnellianis non augere , sed prædicare potius , statui , nec sine impellenti ratione satis congruenti. Nam , vt ex doctrina novimus D. Thomæ , tria ad hæresim , & proportionaliter ad schisma concurrunt : scilicèt *error* ; & hic nudè datus argumenti ratione valet expugnari : deindè *error in fide* , & vel hic , modo non incruduerit , potest dogmatica efficaci luce convinci : & tandem , vtrumque informans , & indurans *per- tinacia* , sine qua nec hæresis datur propriè , nec schisma verè : hicque labor , quippè hic ecce morbus : cum enim hæc in sphaera sita sit obduratæ voluntatis , (ni fallar ego) nec rationibus , nec argumentis satis directè , & ordinatè oppugnatur , hæc etenim intellectum aliàs possent convincere , ni tenaci captivus premeretur voluntate , vnde potius prædicari , quam argui , pro his superandis , duxeram ; vt mollificata duritiæ agrotantibus affectionis , liberius caperet intellectus veritatis pulchri-

tuamem; cumque priora egregie ab alijs præstita iam scirem, posterius, quod non vidi, præstare volui; ruente quippè munimine pertinaciæ, cætera duxerim facillimè debellari, aperta-que piæ affectionis ianua, veritas foret utique blandè recipienda.

Arietem huc amovi; assumptum elegi: verum, nè foret omnibus contempnibilis, non meum; sed, vt esset inexpugnabilis, ex Apostolo Gentium: quo enim pro gratia, (quæ, si gratis à Deo datur, cur ingrati ab hominibus recutatur) vindicanda vterer, nisi Apostolo Gratia. Videor audire modo, quod hodie ex B. Cyrillo legimus in officio: *Ipsa (f) B. Pauli doctrina* (loquatur Quesnellianis) *abunde sufficere videtur, ut certam vobis de Divinis Mysterijs Fidem faciat.* Dedit ille materiam, & modum: materiam utique è stupentibus Epistolarum eius radijs: modum autem, vt sicut ille, quibus adesse non poterat, literis prædicabat; sic & ego facerem, quos adire non licet.

Inexpugnabilibus Doctoris Gentium incenijs antemurale possui Doctorem Angelicum D. Thom. verum cogenti sanè causa, eaque mihi non solum deploranda, verum etiam, si Quesnellianis placet, mihi omnium Thomistarum minimo, verum amore S. Doctoris nulli secundo, libentissimè, & facillimè vindicanda: nonnè parvi pendenda, quæ & amè forent debellanda? hoc opus, hic labor esset, ni Prologus adeò abiret. O tempora! Quis audit, audirevè præsumpsit, S. VNIGENTIVS Constitutionem in D. Thomæ doctrinam, eiusque Scholam florentissimam erupisse? Sol obscurabitur? nunc ergo iudicium est mundi.

Rumori huic, adeò peregrino, nec volui, neque potui fidem dare, quousque hiscè, quibus scribimus, diebus, in manus venit, quædam pars alterius S. Constitutionis: *Pastoralis officij* ab eodem SS. PP. N. CLEMENTE XI. elapso proximo anno 1719. expeditæ, in qua vt alia, & huius præcipuè rumoris malevolam falsitatem demolliatur, & damnet Summus veritatis Apex, hec, quæ tactus dolore cordis intrinsecus, legere vix potui protulit: (*Præterea, vt pessima causa splendidum patrociniū concilient, præfatæque Constitutioni maiorem undecumque invidiam faciant, se ab ea suscipienda retardari affirmant, eo quod suspicentur, per illam damnari sententias, atque doctrinas, quas insignes Catholicorum Schola, absque ulla censura hæcenus re- nuerunt, ac tradiderunt.*

Sci-

Scimus, Pater Beatissime, hæc, quæ prætextantur *Vnigenitus rebelles*, de D. Thoma, & eius Schola, antea omnibus clara, modo invisæ pluribus, effutita: Verum quid? aut rumor iste processit à sapientibus, aut insipientibus, si ab his; quid? ecce *Sapientiam, (t) atque doctrinam stulti despiciunt; (u) in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos astimat.* Omniaque ignorant, præter ignorare. Si ab illis, scilicet sapientibus, aut propendunt D. Thomæ, & eius Scholæ; aut adversantur malevole? (quippè non loquimur de his, qui probabiliter, & reverenter, prosequella D. Th. ab opposita laborant semita, quorum veneranda nobis Schola) si primum; quid egent Thomistæ, pro ipso Sole illuminando, sacrilego patrociniò? docuitne alicubi D. Thomas, si de Thomistarum nomine gloriantur, pro sui sequella, deserere Petri Cathedram? tetigit hoc 2. 2. q. 11. art. 2. & ita docuit in argumento: *Sed contra est, quod Aug. dicit contra Manichæos: qui in Ecclesia Christi morbida aliquid, pravumvè quid sapiunt; si correcti, vt sanum, rectumque sapiant, resistant contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt; sed defendere persistunt, hæretici sunt.* Hæc ex Augustino ab eius Angelico Discipulo adducta, videntur sanè pro hac caliginosa temperie prophetata.

Prosequitur D. Thomas, & ad 3. ita: *Quæ quidem auctoritas (erat Vniversalis Ecclesiæ) principaliter resider in Summo Pontifice: dicitur enim 24. q. 1. quoties fidei ratio ventilatur, arbitrator, omnes fratres nostros, & Coepiscopos, non nisi ad Petrum, id est, ad sui nominis auctoritatem, referri debere; contra cuius auctoritatem nec Hieronymus, nec Augustinus, nec aliquis Sacrorum Doctorum suam sententiam defendit. Undè dicit Hieronimus ad Damas. PP. hæc est fides PP. Beatissime, quam in Catholica didicimus Ecclesia, in qua si minus perire, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus, à te qui Petri fidem, & sedem tenes.*

In vanum laboraverunt ergo, speciosum ambientes titulum Thomistarum, quos anti Thomistas planè convincit, vel hoc solum D. Thomæ testimonium: Adeò emendicans eius Schola, vt egeat scandalosa gloria? Verum quis credet auditui nostro? Quis D. Thomæ, & eius Scholæ opera, vel alimine salutavit, & in damnata doctrina contineri credit? Idiotissimus sanè in Thomistica Theologia; & non alio, quam, vt (x) *pessime cause splendidum patrociniū concilient, præfatæque Constitutioni maiorem undecumque invidiam faciant.* Vt declarat SS.

Vndè:

(r) Prov. 1. 8.

(u) Eccles. 10. 3.

(t)

(s)

(x) Bull. Past. off. ij.



Vndè suspicarer ego à malevolis (secundum dilemmatis superioris membrum) hanc super seminari zizaniam, vt vno ictu, & inuidiam parent S. Constitutioni, & Angelicę Doctrinę: possent primum si possent mutabilem reddere Cęli stabilitatem, fallibilemque Christi promissionem. Secundum poterunt, dum possint obtenebrare Solem. Verum nec tenebrę comprehendunt lucem Petri; quia sancta, & infallibilis; nec Thomę, quia vera, & incontrastabilis: & quid indè? Si per possibile, vel impossibile damnarentur, non solum hæc, aut altera sententia, verum, & omnia opera D. Thomę, imò, & cunctę SS. PP. doctrinę? Crederem, & crederemus Thomistę, & quique veri Catholici PP. damnanti: imò nec Evangelio cum August. crederem, nisi Ecclesia, cuius autoritas principaliter in Papa residet, mihi præciperet. Sicut nec Marcus conscriptum Evangelium patefacere voluit, quousque *Petrus* (y) approbavit, & Ecclesia legendum sua autoritate dedit.

(y) Hieron. de Esript. Eccl. 1.

Serie ergo notandum, pro ignara, aut malevola equiuocatione vitanda, rumorem istum aliędamnatis Propositionibus illis, quę concernunt Scholasticam materiam de gratia, quę cum exagerent, certè nimis, gratiam efficacem, repellendõ sufficientem; & gratia efficax ab intrinseco à Thomistis defensetur: ecce rumor: ecce scandalum: ecce trepidaverunt timore, vbi non erat timor: ecce famosi argumentatores: *Quesnellius renuit gratiam efficacem; Quesnellius damnatus est: ergo gratia efficax damnata est: quid ergo Thomista? Quid faciam tibi Effraim? Quid faciam tibi Juda? Viderunt nè alijs depictum D. Angelicum? Sed* (z) frustra iacitur recte ante oculos penitatorum: ergo.

(z) Prov. I. B.

Ecce syllogismus ille tota rumoris machina: sed en Thomistarum vim imaginariam eius irradientium, non solutio, quia non habet, quid solvatur; sed comparatio: *Pelagius renuit liberum arbitrium; Pelagius damnatus est: ergo, & liberum arbitrium.* Aded rudia sunt hæc, vt nisi provocati à Quesnellianismo, nec papyrus denigraremus delirio, nec atramento: distinguas ergo præmissi syllogismi præmissas: Quesnellius docuit gratiam efficacem, vt docet D. Th. & Thomistę, renega; aliter, id est exaltando nimis gratiam efficacem, & negando sufficientem, concede: Quesnellius damnatus est, quia tenuit gratiam efficacem in Thomistarum sensu, negabis: quia in gratia efficaci excessit, & in sufficienti deficit, concedes, sicque propo-

portionaliter respondebitur collato de Pelagio syllogismo, & vtraque fallida consequentia.

Sciendum insuper est: concordiam libertatis, & gratiæ sacrum esse secretum, & ita obscurum, & arduum, vt dixerit Aug. *Ista* (a) *questio, vbi de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, vt, quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Hęc ergo veritas, duobus hiscè elementis compacta, aded est in medio sita, vt extrema vtrinque vitiosa sint, & hæretica: inter medium montium per transire debent aquę, vt salutare sint, & potabiles: heretici ab vtroque extremo, relicto securitatis medio, summos petierunt montes, & deserentes plana, & vtrinque præcipites devenerunt in deliria. A parte liberi arbitrij præcipitati sunt Pelagius, & alij: à parte verò Gratię Luther. Calvin. Jansen. & Quesnell. in medio eunt per planã, & securam, sed vt non tepescat labor, bipartitam semitam Scholę Catholicę celeberrimę Thomistę, & Iesuita, & licet inter se pugnantes pro maiori accessu ad medium; pro vitandis tamen extremis vtraque manibus datis; cum hac sola differentia pro pugna; quod Thomista securitatis semita incedit à latere gratię conciliatę cum libertate: Iesuita eadem securitatis semita à latere libertatis concordatę cum gratia. Verum vtraque secure vtrunque conciliat; quia per medium vtraque viam parat.

(a) Cap. 47. de Grat.

Qui ergo à parte libertatis, & latere Societatis relinquens securitatis medium, transvolaret in excessum; rectè damnaretur, quia dereliquit medium: tunc autem, quia ab illa parte deviauit ille, diceretur ne sanè, damnatam esse doctrinam Societatis? Minimè, nec nisi insipienter, & malevole. Quod ergo, dato casu accideret à parte illa, modo accidit à nostra: erravit Quesnellius à via, & parte gratię, verum quia excessit à medio; nam, vt extolleret gratiam deseruit sine gratia libertatem; quippè cum dederit gratiam efficacem, quę apud Thomistas non dat libertatem, sed actionem exercitę libertatis, negaverit verò sufficientem, quę dat posse: dicitur sanè errasse, qua Thomista; & cum illo damnatas esse sententias Thomistarum.

Sed apagè tandem verus æstimeretur rumor, qui non aliter sperat radices agere, quam pessum dando Sedis Apostolicę reverentiam, incautos ab vberibus doctrinę Angelicę dilactando, & candori nitido cerebrosum obscuritatem superponendo: verum enim verò, qui turbo ab Aquilone infremuit in Ecclesiam, ne-

SSSS

FINIS



quirit non tetigisse Thomam. Tolle Thomam, olim debachabatur Bucerus, & dissipabo Ecclesiam: & ut Lutherus blasphemaret Ecclesiam, pro Catholica appellabat Thomisticam.

Vnde gnaris patebit satis, non rectè cohærere, esse doctrinam damnatam, & esse Thomisticam, quippè ab illo fonte manat, qui sine (b) ullo prorsus errore Ecclesiam irrigat: benè verum est, & Catholicum, quod, si eam PP. damnaret, damnata foret; verùm in præsentis rerum constitutione, adeò exulant à veritate Quesnelliani, ut qui in hoc Thomam laudaverint, adversus illum iurabunt; & cum nec eorum obscuritas stare, nec S. Constitutionis claritas cedere queat, à quibus inimicis salus S. Constitutioni, ab eisdem sanitas D. Thomæ.

Sequantur ergo, vel persequantur rumorantes isti doctrinam, & Scholam Angelicam; quod eorum ludibria, tanta nostrum gloria: nec miramur invidiam; tenebræ enim natura sunt fugitivæ lucis: utque sciant, nos non fugere vituperium, modo sit hæreticorum, audiant fœtidissimam Lutheri rabiem, verum gloriam nobis affatim excellentem: Hæc, ait, sunt arma, quibus hæretici vincuntur hodie, ignis, & furor insulsissimorum asinorum, & Thomisticorum porcorum; sed pergant porci illi, etsi audent, exurant me hic sum, & expectabo eos in cineribus Solis post mortem etiam in mille maria proiectis, persequar, & fatigabo hoc abominabile vulgus: dicant ergo; seligant ex hoc, & vituperent Thomistas, si (c) excæcavit eos

Ex Bull. malitia eorum, etsi diligunt magis tenebras, quam lucem, quippè super-  
Past. officij. cecidit ignis contentionis, & amulationis, & non viderunt Solem lucidissimam veritatis. Solem dixerim Angelicum; Solem, quo Ecclesia ipsa (ipsa decantat) mira eruditione clarificatur: Solem cuius doctrinam Ecclesia ipsa intellectu conspiciere, deprecatur.

Vnde absit verum, quod non nisi scandalum: quod ut prosterneret, alteram edidit SS. N. Clemens Constitutionem, qua declarat, rumorantes hos ab eiusdem Schola instituto quod verbis profiterentur, re ipsa recessisse. Propter hæc ergo (finiamus tædium) Paulum illustravimus D. Angelico, inter eius Expositores peculiari lumine illustrato, cui, de labore isto anxie dubitanti, ipse Paulus apparuit, præstitisse asserens in exponendo, quantum præstari valeret in hoc mundo: & tandem ultima ratio sit, ut primo calamo de Angelico Discipulatu gloriaretur.

Desideremus sanè, rei huius statum nobis penitus innotescere, & eorum rationes examinare, sicque directius ire: appellabant olim ad Generale Concilium, de quo iam alij, & satis August.

aut (d) verò Congregatione Synodi opus erat, ut aperta pernicios damnaretur: quasi nulla hæresis aliquando nisi Synodi Congregatione damnata sit, cum potius rarissima inveniatur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit. Huiusque appellationis finem infra aperit, dicens: Oremus quippe Catholicum, quem, Domino eis resistente, pervertere nequeamus, saltem commovere conantur. Verùm diebus hæc, quibus hæc sub extremo gemebant prælo, novimus, eos immorari, quippè exigunt PP. explicare, & declarare sensum damnatum propositionum; sicque admittam iri Constitutionem: sero novimus: sed hoc est veritatem Dei in iniustitia detinere: credite primum, & hæc adijcientur vobis: tu quis es, ut respondeas, Deo: & quis, ut interrogas? & non suppliciter, sed contentiosè: sanè si aliquis sensus, vobis laudabilis, in eis apparet, ideòque explicationem petitis, ut sciatis reprobare malum, & eligere bonum, petitio impertinens, & interminabilis, explicent ergo Doctores Magistraliter etsi rectè laudabuntur, si pravè autem corrigentur authoritativè quando enim explicatio quantalibet sufficeret hominibus cerebrosis. Benè verum est, authoritativam explicationem spectare ad PP. verum cum necessaria opportuna, reverenterque exagitata, & non imperiosè petita: ferè Scriptura Univerſa plurima continet obscurissimas, quæ nihilominus sunt canonica, videatur v.g. in vnico Cant. Libro, vbera, oscula, amplexus, umbilicus, & iunctura femorum iuorum, quæ visa sunt hæreticis adeò profana, ut & obscenissima: hæc ergo sunt canonica, sicut vestra damnata: debetis hæc admittere, sicut & vestra fugere: si materiam literam, & sonum attendatis, si vestra recta vobis sonant, Sacra hæc eodem corticè profana: explicentur vestra, non à DD. sed à PP: explicentur, & Sacra non à Patribus, sed ut sit infallibilis explicatio, à PP. etsi vobis non fat, Scrip. S. etsi vestra ut damnata non habetis, ni implicentur, hæc, & alia non admittite Sacra, ni authoritativè exponantur. Si hoc PP. aliquando fecit aliqui, prima voluntas à nemine iudicatur Parabolâ Dominus loquebatur: non omnes, aiebat Mat. 19. Capiunt verbum istud. Declara ergo Domine: ait Iesus: qui potest capere, capiat: alias explicuit, quia voluit: plurima fecit Capharnaum, quæ non fecit in Patria: quia noluit: alibi petebant signa: & ait: Generatio mala, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei.

Verùm quis ego (ridebis) ut consulam Quesnellianis? sanè infirma, & inutilia validâ solent esse adversus fortia, ut eluceat providentia: quid (dicam, & ego) simplex scæmina, cui cederet August.



Augustini Manichæi formidanda Logica? & nihilominus ni Monice (cuius die hæc prima manu ibant) monitis arguentibus, & lachrymis prædicantibus, cederet, haud Augustinus fuisset. Si ergo quibus in Ecclesia iustum est tacere, donatum est, verius errante Augustino dicere, convictumque convertere: nos, quibus non est interdictum, non mirum errantes, comite veritate, & Deo dante, confundere; & Deo operante, convertere; si enim vera sunt, quæ dicta sunt, quid à quo dicta sunt? si efficax medicina, quid à quo sit cura? cum in confesso sit apud Deum, & homines, plura à sapientibus, & prudentibus abscondi, quæ soleant parvulis re-velari.

Vnum tamen hoc mihi parvulo negare non poterunt; quod cum nobis insultent hæretici ludibrio ipsi, nobis autem glorioso, nomine Papistarum; accrescet sanè nobis, quod decrevit ipsis de hac gloria: ne dicant ergo gentes, quod in negatione Petri statim Gallus cantavit, finiatur scandalum, & Prologus hoc discursu: militant in hac causa soli, & non omnes Galli; contra ceteri Catholici: demus licet falso, suum ipsis esse probabile: nostrum verò oppositum probabilius, tum ab extrinseco maiori DD. numero; tum, & ab intrinseco, maiori rationum pondere, quo plures, ni ipsi præ omnibus sint acumine maioris ingenij præditi, convincuntur: demus insuper gratis, utramque partem æquè probabilem: sequentur suam cum formidine nostræ: sequemur nostram sine formidine suæ: quippè nostra in securius ducit: sua in periculosius vergit. Exponent ergo suam fidem formidini formidando, ut fiant hominibus formidabiles? Aternitatem exponet somniatæ probabilitati? ne accidat, quod accidit cuidam Doct. Gallo, qui tenax in fallida quadam probabilitate, vim eius temere experiri voluit in tremendo iudicio, & damnatus est super temeritate sua. Proh dolor! & hucusque labor pro pace Christiana, pro unitate Catholica, pro concordia in rebus fidei tranquilla, finem dans; quibus initium Aug. dedit Lib. de Cognit. veræ vitæ: Sapiencia Dei, quæ os muti aperuit, & rudibili animali humana verba formare tribuit, me quoque non solum sermone, sed etiam scientia imperitum, ad fandum impellit, atque per se, ac de se intellecta alijs pie innotescere compellit: huius ergo instinctu, ad utilitatem, ut spero plurimorum... committo me ad corradendum dentibus invidiarum.

Quidquid in hoc opere dictum, & dicendum correctioni S. R. E. & sapientium eidem sincere obedientium committo.

EPIS

EPISTOLA

EX B. PAULO APOSTOLO

AD QUESNELLIANOS.

CAP. I. Præmiale.

ARGUMENTVM.

Cum Auctor sit incipiens quasi annorum triginta, imparem se faretur, qui ad Quesnellianos, viros aliàs summos, scribat: atque ideo minimè de se fidens; sed utens Apostoli verbis, eos increpare parat, & monere.

GLOSSA. D. THOMÆ D. A.



Ad Titulum, Consulto dicitur ex B. Paulo, non quidem B. Pauli; quia esto sint verba, & sententia Pauli, non autem forma.


(a) Galat. i.

**P**AVLVS (a) Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, (b) per quem accepimus gratiam, & Apostolatam, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro A no-

(b) Rom. i.

Ibi: Primo ponitur persona saluans principaliter, quæ describitur ex nomine, & ex autoritate. Ex nomine quidem, cum dicit, Paulus, quod congruit humilitati suæ, quia interpretatur, humilis: item congruit officio suo, quia secundum alium modum interpretatur, os tubæ, in quo specialiter est officium prædicationis significatum: ex autoritate autem describitur, cum dicitur Apostolus.

(b)	(a)
Ibi: Describitur: hunc Apostolatam. i. quidem ex utilitate, cū subdit: ad obediendum Fidei: quasi diceret, ad hoc sumus missi, ut faciamus, homines Fidei obedire.	Ibi: Galatis vero, quia stulti erant, & superbi, ut frangat eos, nominat se Apostolum.



EPISTOLA AD

*Ibi:* Per hoc describitur ex fine, ut sit sensus, pro nomine eius dilatando, non pro aliquo terreno fructu querendo.

*Ibi ad marginem:* Vide hic galatae unde venerint: & qui sunt.

*Ibi:* Vbi sciendum est quod, sicut in Glo: tangitur, Brennus dux Senonum olim congregato exercitu intravit Italiam,

qua per transiit, venit in Graeciam ante tempus Alexandri Magni, ubi cum essent aliqui de gente sua remanentes, in vna parte Graeciae miscuerunt se Graecis, unde illa Provincia Gallograecia dicta est. Deinde illi Galatae sunt appellati, quasi albi: & licet Graeci sint acuti ingenij, tamen illi Galatae stulti erant, & infabiles, & ad intelligendum tardiores, sicut & indocti Galli, unde originem traxerunt.

*Ibi:* Causa huius necessitatis est, quia instant seductores; & ideo oportet instantius veritatem scribere.

*(g) Ibi:* Quasi ex eorum conversione ei fructus accrescat.

*(h) Ibi:* Non quidem, quae erant de necessitate fidei, sed aliqua secreta, quae nec dum Apostolus praedicavit in sua novitate.

*Ibi:* Vt: con-  
vinceretur homo de defectu scientiae; quia tempore legis naturae in errores, & turpia peccata incidit.  
*(c)* *Ibi:* Vt: con-  
vinceretur homo de defectu scientiae; quia tempore legis naturae in errores, & turpia peccata incidit.  
*(e)* Vide hic galatae unde venerint: & qui sunt.  
*(e)* *Ibi:* Vbi sciendum est quod, sicut in Glo: tangitur, Brennus dux Senonum olim congregato exercitu intravit Italiam, qua per transiit, venit in Graeciam ante tempus Alexandri Magni, ubi cum essent aliqui de gente sua remanentes, in vna parte Graeciae miscuerunt se Graecis, unde illa Provincia Gallograecia dicta est. Deinde illi Galatae sunt appellati, quasi albi: & licet Graeci sint acuti ingenij, tamen illi Galatae stulti erant, & infabiles, & ad intelligendum tardiores, sicut & indocti Galli, unde originem traxerunt.  
*(e)* *Ibi:* Secundum est pax, quae est quietatio mentis in fine, quae in Glo: dicitur, esse reconciliatio ad Deum.  
*(d)* *Ibi:* Vt convertantur infideles, ex quibus edificatur Ecclesia Christi, quae est corpus eius.  
*(f)* *Ibi:* Vt convertantur infideles, ex quibus edificatur Ecclesia Christi, quae est corpus eius.  
*(g)* *Ibi:* Quasi ex eorum conversione ei fructus accrescat.  
*(h)* *Ibi:* Non quidem, quae erant de necessitate fidei, sed aliqua secreta, quae nec dum Apostolus praedicavit in sua novitate.

nomine eius, *(c)* ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: *(d)* in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem Fidei, *(e)* Ecclesijs \* Galliae. Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo, cui est gloria in saecula saeculorum. Vobis *(f)* scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium, ut *(g)* aliquem fructum habeam in vobis: & *(h)* compleamus ea, quae desunt

*(c)* Rom. 3.

*(d)* Efel. 4.

*(e)* Galat. 1.

*(f)* Philip. 3.

*(g)* Rom. 1.

*(h)* Thefal. 1. 3.

QUESNELLIANOS.

*(i)* Cor. 2. 3.

*(j)* Rom. 8.

*(K)* Rom. 10.

*(l)* Cor. 1. 2.

*(m)* Ibidem.

*(n)* Thefal. 1. 2.

*(o)* Rom. 15.

sunt fidei vestrae; non *(i)* quod sufficientes sumus, cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Si *(j)* Deus pro nobis, quis contra nos? Hoc *(K)* est Verbum fidei, quod praedicamus: non *(l)* in doctis humanae sapientiae verbis; sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes: non *(m)* in persuasibilibus humanae sapientiae verbis; sed in ostensione spiritus, & virtutis: non *(n)* ut verbum hominum; *(o)* super alienum fundamentum aedificarem

*(i)* *Ibi:* Non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

*(K)* *Ibi:* Exponit, quomodo hoc verbum est in ore per confessionem, & in corde per fidem.

*(l)* *Ibi:* Id est: non nitimur ad probandam nostram doctrinam per verba composita ex humana sapientia, sive quantum ad ornatum verborum, sive quantum ad subtilitatem rationum.

*(m)* *Ibi:* q. d. recta comparatione spiritualia documenta tradimus spiritualibus viris, quibus sunt convenientia.

*(n)* *Ibi:* Ostendit, quod non praetenderit apud eos excellentiam eloquentiae.

*(o)* *Ibi:* Supra dixi, quod non fuit intentionis, quod sua praedicatione niteretur philosophicis rationibus: ita nunc dicit, non fuisse suae intentionis, nitti rethoricis persuasionibus.

*(o)* *Ibi:* Quia vana verba hominis.

*(o)* *Ibi:* Potest autem alienum fundamentum dupliciter intelligi. Vno modo doctrina heretica, quae est aliena à verae fidei fundamento.



EPISTOLA AD

*sed (p) (sicut est verè) Verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis; ut (q) fides vestra non sit sapientia hominum, sed in virtute Dei; vivus (r) est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti; & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus; compagum quoque, ac medullarum; & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Quid (f) vobis prodero; nisi vobis loquar, aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Non enim*

(q) Ibi: Idest non innitatur sapientia humane, que plerumque decipit homines.  
Ibi: Ut scilicet virtuti divina fides innitatur, & sic non possit deficere.  
(r) Ibi: Sermo scripture est vivus, & indeficiens: efficax propter maximam virtutem, & infinitam vim effectivam, quam habet: anceps, quantum ad operationem, quia habet aciem ad bona promovenda, & mala destruenda.  
Ibi: *Omni gladio ancipiti* idest omni humano intellectu, qui dicitur anceps, quia habet viam ad utramque partem conclusionis, quousque veniat ad finem perferuationis.  
(f) Ibi: Illustratio mentis est de quatuor, vel quia est de divinis, & hæc illustratio pertinet ad donum sapientia: & idè dicitur in *revelatione* qua scilicet illuminatur mens ad cognoscendum divina; vel est de terrenis, & non de quibuscumque, sed de illis tantum, que sunt ad ædificationem fidei, & hoc pertinet ad donum scientie: & idè dicitur in *scientia*: vel est de eventibus futurorum, & hoc pertinet ad donum prophetie: vel est de agendis moralibus, & hoc pertinet ad doctrinam. Ibi: *Quasi dicar, hæc, que scribimus vobis, non sunt vobis, & hoc pertinet ad doctrinam.* Ibi: *quæ iam legis non sunt vobis, quia iam legis non perfectè cognoveritis, quia comparatis vobis Pseudo Apostolos, spero tamen, quod usque, &c.*

(p) Thess. 1. 2  
(q) Cor. 1. 2  
(r) Hebr. 4  
(f) Cor. 1. 19  
(t) Cor. 2. 1

QUESNELLIANOS.

*enim alia scribimus vobis, quam quæ legistis, & cognovistis; spero autem, quod usque in finem cognoscetis. Si (u) quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat, quæ scribo vobis; quia Domini sunt mandata: ut (x) prudentibus loquor: vos ipsi iudicate, quod dico; non enim sumus, sicut plerimi adulterantes verbum Dei; sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur: (z) omnia autem: propter ædificationem vestram: (a) non ambulan-*

(u) Ibi: Quia si contradicit, non est verè propheta, vel sapiens, seu spiritualis, quia non contradiceret: iste, inquam, qui sic videtur propheta, & spiritualis, non contradicat, sed cognoscat, idest, sciat ea, que scribo vobis sunt mandata Dei, & non tantum mea quasi dicat: ex quo nullus ausus est mandatis D. contradicere, & ea, que scribo, sunt mandata Dei, non audeat aliquis contradicere.  
(x) Ibi: Ut fugiatis, loquor vobis, ut prudentibus: vel sic: loquor infirmis, scilicet qui sunt inter vos: & idè vos ipse dicatè, quod dico.  
(y) Ibi: Admiscendo contraria, sicut hæretici, qui licet consteantur Christum: prædicantes, vel propter quæsum, vel propter favorem laudis.  
Ib: *Id est sincera intentione: non pro quæstu, & sine admixtione corruptionis.*  
(z) Ibi: Ut scilicet per maneat in virtute, & expellatis pseudo do.  
(a) Ibi: In astutia, & simulatione, & hypocrisi, quod faciunt pseudo, qui aliud prædicant exterius, & aliud gerunt interius in corde: in doctrina autem vitatur malum, quando debito modo proponitur.

(u) Cor. 1. 19  
(x) Cor. 1. 19  
(y) Cor. 2. 2  
(z) Cor. 2. 12  
(a) Cor. 2. 4



EPITOLA AD

lantes in astutia, sed  
(b) in manifestatione  
veritatis, (c) habentes  
eundem spiritum;  
sicut scriptum est: credidi;  
propter quod locutus sum:  
& nos credimus; propter quod,  
& loquimur, non (d)  
quasi hominibus placentes,  
sed Deo, qui probat corda  
nostra; neque enim aliquando  
fuimus in sermone adulationis,  
(e) neque in occasione  
avaritiae. Deus testis est.  
Nec quærentes ab hominibus  
gloriam: neque à vobis,  
neque ab alijs: (f) Modo enim  
hominibus suadeo, an Deo?  
An quæro hominibus

(b) Ibi: Non permiscetes doctrinæ Christi falsam doctrinam: veritatem puram manifestas us.

(c) Ibi: Quem antiqui habuerunt, quia licet tempora mutata sint, spiritus tamen, & fides non est mutata: locutus sum, id est: confessus sum fidem.

(d) Ibi: Ostendit quod sua prædicatione non est in dolo: primo excludit corruptionem doctrinæ, secundo ponit sinceritatem: doctrina autem corrumpitur, vel propter rem, quæ docetur, vel propter intentionem docentis: Ibi gloriæ de doctrina: Ibi: Quia non solum adulationem devitavimus, sed etiam omnem occasionem avaritiæ.

(e) Ibi: Dupliciter corrumpitur doctrina, scilicet, vel per errorem: vel propter imunditiam.

(f) Ibi: Id est: Tendit ad hoc appetitus meus, ut placeam hominibus, an Deo? q. d. hæc quæ facio, ideo facio, ut placeam soli Deo. Ibi: Non est intentionis meæ hominibus conuere, ut placeam hominibus tantum, sed propter honorem Dei.

(b) Ibidem.

(c) Ibidem.

(d) Thef. 1.2

(e) Ibidem.

(f) Galat. 1.

QUESNELLIANOS.

(g) Cor. 1.4. nibus placere? (g)  
Mibi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die; (h) nam et si imperitus sermone, (i) vobis: vos scire, qualem sollicitudinem habeam pro vobis: (j) non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ annuncians vobis testimonium Christi; non enim iudicavi, me scire aliquid inter vos. (K) Factus sum insipiens; vos me coegistis. (l) Utinam subs.

(h) Cor. 2. 11.

(i) Colof. 2.

(j) Cor. 1.2.

(K) Cor. 2. 12.

(l) Cor. 2. 11.

(g) Ibi: Ostendit, se hoc iudicium reputare nihil: & circa hoc tria facit: 1. ponit, quod non curat, circa hoc ab alijs iudicare dicens.

(h) Ibi: Sciendum est, quod Pseudo quærentes gloriam propriam, & lucra sectantes, nitentur atrahere populum per ornata, & tubilia, & exquisita verba, non attendentes, nisi solum aures per mulcere. Apostolus verò, quia non quæret utilitatem propriam, sed solum dilationem fidei Christi, & profectum eius, ita proponebat verbum fidei, ut omnes possent capere, confortari, & capacitati.

(i) Ibi: Qualem sollicitudinem, id est magnam.

(j) Ibi: Pro vobis: Sc. quos non vidi coram e sed mente.

(K) Ibi: Hoc autè dici Apostolus, quia fidem Christi per huiusmodi sublimitates sermonis, aut sapientiæ confirmare volebat. Ibi: Ideo solum vtebatur his, quæ ad demonstrandam virtutem Christi pertinebant, existimans se, ac si nihil sciret.

(l) Ibi: Insipiens, sed hoc non ex me, nec sponte, imò coactus feci, & vestra culpa fuit, quia vos me coegistis id est, dedistis mihi occasionem.

(l) Ibi: Substineris patienter, modicum insipientiæ meæ supportando me. Ibi: Emulor, id est, diligo vos ferventer: Dei Emulationi: id est ad honorem Dei, non meum: sic Apostolus populum suum, quem videbat paratum ad precipitium, & cum Sponsio Christo velle prostitui diabolo, Emulabatur ne Christus Sponsus verus in eis aliquod diaboli confortium pateretur.





EPITOLA AD

ostium sermonis, ad loquendum mysterium Christi, ut (z) manifestem illud, ita ut oportet, me loqui; (a) ostium enim mihi apertum est magnum, & evidens, & adversarij multi. Ita (b) scribo.

(z) Ibi: Dicit, ostium esse apertum magnum, idest, multa corda hominum ad credendum parata, & evidens, quia sine contradictione. Ibi: Adversarij, qui conantur impedire, vel subintrare.

(z) Ibidem.

(a) Cor. I. 16.

(b) Thef. 2. 3

AD CAP. II.

CAP. II.

(c) Ibi: Miror: q. d. cum sciatis, tot bona: provenire vobis per Christum, & quod cum fueritis ita bene instructi: tam sic: idest, in tantum, & tam vehementer, ut videamini iam obliti. Tam cito, idest, tam brevi tempore. Transferimini, ut alludat nomini, Galatia enim translatio dicitur: q. d. vos estis Galatae, quia tam cito transferimini. Videtur fol. 2. li. E.

Ibi: Ab eo: scilicet a Deo, & fide eius. Ibi: Aliud Evangelium: licet autem non sit aliud in se, tamen potest esse aliud ex culpa aliorum, scilicet seducendum.

Ibi: aliqui. Scilicet seductores, qui vos conturbant. Idest puritatem sensus vestri, qua imbui fuitis per fidei veritatem offuscant.

ARGUMENTVM. Cum olim de damnatione Fansenij Galli precipue curaverint, miratur Author eiusdem doctrinae insperatum favorem; & insuper falsa, & damnabilia vitare, monet, recta, & bene visa sectari, lupos sub ovina pelle detegere; & non omni spiritui fidem dare.

Miror, (c) quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos

(c) Galat. I.

QUESNELLIANOS

vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium; quod non est aliud: nisi sunt aliqui, qui vos conturbant; & volunt convertere Evangelium Christi: sunt (d) enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores; (-e) qui universas domos subvertunt, docentes, quae non oportet, turpis lucri gratia, quos (f) oportet redargui: non (g) enim est omnium fides: (h) audivimus enim, inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiosè agentes; ideò (i) mittet illis Deus

(d) Tit. I.

(e) Ibidem.

(f) Ibid. m.

(g) Thef. 2. 3.

(h) Ibidem.

(i) Thef. 2. 2.


Ibi: Praeterea: Scilicet, quod dicitur in Evangelio: Non quilibet dicit, Dominus meus, & cetera. Ibi: Praeterea: Scilicet, quod dicitur in Evangelio: Non quilibet dicit, Dominus meus, & cetera.

(d) Ibi: Multi: 1. Ex parte falsorum doctorum: 2. Ex vitio inobedientiae: quantum ad Deum, & suos Superiores: 3. Ex vaniloquio: scilicet quoad se: & praecipue vani sunt haeretici, ideò subiungit dicens seductores.

(e) Ibi: Doctrina enim Catholica publice proponitur in Ecclesia, sed haeretici latenter; & ideò quarunt latibula: Ibi: Docentes: Idest vana, & inutilia: Ibi: Lucri: Scilicet temporalis, vel propriae gloriae.

(f) Ibi: Contra quos ponit remedium. Non enim sunt tolerandi, quia corrumpetur populus, & imputaretur Pastori.

(i) Ibi: Mittet: Idest, permittet illis venire operationem erroris. Ibi: Mendacio: idest fallae doctrinae. Ibi: Tradico: scilicet iudicio damnationis.



EPISTOLA AD

(j)  
Ibi: Propterea: Scilicet, quia Dei veritatem in mendacium mutaverunt. Ibi tradidit: Non quidem impellendo in malum, sed deferendo. Ibi ignominia: Dicuntur autem passionibus ignominia, quia non sunt nomine digna.

(K)  
Ibi: Reprobum: Dicitur: sensus reprobus, quo aliquis reprobandum iudicium habet de agendis.

Ibi: Non conveniunt: Idest ea, quae a recta ratione discordant.

(L)  
Ibi: Non solum quascumque scifuras, sed etiam haereses esse: haeresis Graece ab electione dicitur, quia scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem: de ratione haeresis est, quod aliquis privam disciplinam sequatur, quasi per electionem propriam: non autem disciplinam publicam, quae divinitus traditur. 2. Quod huic disciplinae aliquis pertinaciter inhareat: & ideo hereticus dicitur, qui spernens disciplinam fidei, quae divinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sectatur. Pertinet autem aliquid ad disciplinam fidei dupliciter: uno modo directe, sicut articuli fidei, qui per se credendi proponuntur. Vnde error circa hos secundum se facit haeticum, si pertinacia adsit: quaedam vero indirecte pertinent ad fidei disciplinam, in quantum autem ipsa non proponuntur, ut propter se credenda; sed ex negatione contrarium sequitur aliquid contrarium fidei: sic igitur pertinacia, qua aliquis contemnit in his, quae sunt fidei directe, vel indirecte, subire iudicium Ecclesiae, facit hominem hereticum: talis autem pertinacia procedit ex radice superbiae, qua aliquis praefert sensum suum toti Ecclesiae. Ibi oportet: ex eo, quod Deus malitiam haeticorum ordinavit in bonum fidelium. Et hoc dicit primo quidem ad maiorem declarationem veritatis. Secundo ad manifestandam firmitatem fidei, in his, qui recte credunt.

operationem erroris, ut credant mendacio; ut iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. (j) Propterea tradidit illos Deus in passionibus ignominiae: & (K) sicut non probaverunt, Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quae non conveniunt: nam (L) oportet, & haereses esse, ut, & qui

(i) Rom. 1.

(K) Ibidem.

(L) Cor. 1. 11.

QUESNELLIANOS.

qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

(m) Rom. 3.

Quid (m) si quidam illorum non crediderunt?

(m)  
Ibi: Non enim per hoc, quod quidam non crediderunt, evacuatur fides illorum, qui crediderunt.

Nunquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit? Absit. Virtus

(n) Rom. 1.

(n) enim Dei est in salutem omni credenti:

(o) Ibidem.

injustitia (o) enim Dei in eo revelatur ex fide

(o)  
Ibi: Ex fide unius articuli in fidem alterius, quia ad iustificationem requiritur omnium articulorum fides.

(p) Thim. 2. 3.

tem homines, & seductores proficient in

(p)  
Ibi: Mali incidunt in peiora mala. Ibi: Seductores. Sc. in proximorum nocumentum, in quantum sursum ducunt eos a via veritatis, quae communis est: Sed isti non contenti malis, quae fecerunt, proficient in peius: in quantum errant circa veritatem: Ibi mittentes suadendo.

(q) Ibidem.

bentes (q) speciem quidem pietatis, virtutem

(r) Thim. 2. 2.

autem eius abnegantes: qui (r) a veritate exciderunt, & (s) subvertunt quorundam fidem:

(s)  
Ibi: Subvertunt quia destruant fundamentum fidei.

(f) Ibidem.

tunt quorundam fidem:

qui



EPISTOLA AD

(t) Ibi: Legi: quæ se. consuevit ad firmitatem & memoriam scripta tradidi. Ibi: Cordibus suis: non pergameno, aut tabulis lapideis, sive æleis.

(u) Ibi: Testimonium: in surgit enim homini circa aliquod factum aliqua cognitio accusans, dum propter rationem aliquam cogitat, se male fecisse.

(u) Ibi: Lapidem: Idest ad Christum, qui assimilatur lapidi offensionis: designatur, quod Christus divina ordinatione constitutus erat Ecclæ sive fundamentum: scandalum: referendum est ad impactionem, & casum, quo per infidelitatem ceciderunt.

(x) Vi sonat.

(y) Ibi: Præbendo consilium, & favorem: Alio modo indirecte, quando non reprehendit, aut impedit quocumque modo, si potest, & precipue, si ex officio incumbat.

(z) Ibi: Huiusmodi subiectionem non solum esse honestam, sed necessariam. Ibi: Damnationem acquirunt: contra potestatis ordinem agendo.

(a) Ibi: Ira: idest vindicta ipsius. Ibi: impietatem: Quæ contra Deum committitur. Ibi: iniustitiam: quæ committitur in homine. Ibi: Detinent: idest, veram de Deo cognitionem detinent: iniustitia quasi captivatam. Nam vera Dei cognitio, quantum est de se, inducit homines ad bonum.

qui (t) ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus;

(u) offenderunt enim in lapidem offensionis, (x) habentes damnationem;

quia primam fidem irritam fecerunt; & (y) non solum qui ea faciunt; sed etiam qui consentiunt facientibus: qui (z) autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: re-

velatur (a) enim ira Dei de Cælo super omnem impietatem, & iniusti-

(t) Rom. 2.

(u) Rom. 9.

(x) Thim. 1.

(y) Rom. 1.

(z) Rom. 13.

(a) Rom. 1.

QUESNELLIANOS.

justitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. (b) Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent; sed non secundum scientiam: ignorantes enim iustitiam Dei, & suam querentes stultitiam, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Si (c) quis autem se, existimat, scire aliquid, nondum cognovit, quem admodum oporteat eum scire:

(d) quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta; nec enim potest

(b) Rom. 10.

(c) Cor. 1.8.

(d) Rom. 8.

(b) Ibi: Emulationem Dei; quia zelo Dei Christum, & eius membra persequuntur. Ibi: scientiam, quia scilicet eorum zelus per rectam scientiam non ordinatur, dum ignorant veritatem. Ibi: subiecti: Idest nolunt subijci Christo, per cuius fidem iustificantur homines à Deo.

(c) Ibi: Quasi dicat: habetis scientiam, sed non sufficientem; quia si quis vestrum existimat, se scire, habens scientiam sine charitate, aliquid scit: non tamen cognovit, quia non se cognoscere, factum, ostendit. Ibi: oporteat: idest qualiter debeat uti scientia, quia in ædificationem, non in nocumentum aliorum: hic non approbat Apostolus multa scientem, si modum sciendi nescierit: Modus enim sciendi est, ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine, scire quæque oporteat: quo ordine, ut id prius, quod maius ad salutem: quo studio, ut id ardentius, quod efficacius est ad amorem: quo fine, ut non ad inanem gloriam, vel curiositatem velle aliquid, sed ad ædificationem tui, & proximi.

(d) Ibi: Dicitur hæc sapientia Deo inimica, quia contra legem Dei hominem inclinat: Ibi: Quia non est subiecta legi Dei: Ibi: Nec potest: Vitium Deo subijci non potest, cum ipsum vitium sit aversio à Deo, vel à lege Dei.



EPISTOLA AD

(e) Ibi: *Sapientiam*: idest quam sapientes huius mundi adinvenierunt sibi contra veram sapientiam Dei. Ibi: *Prudentiam*: idest, quam illi, qui se prudentes aestimant. Ibi: *Stultam*: idest: demonstravit esse stultam, dum illi, qui in hac sapientia pollebant, tam stulti inventi sunt, ut viam salutis non acciperent.

(f) Ibi: *Stultum*: q.d. iam aliquod divinum videtur esse stultum, non quia deficiat à sapientia, sed quia super excedit sapientiam humanam. Homines enim quidam consueverunt, stultum reputare, quod eorum sensum excedit. Ibi: *Infirmum*: quia scilicet non dicitur aliquid infirmum in Deo per defectum virtutis, sed per excessum humanæ virtutis.

(g) Ibi: Si vis scire, quæ doctrina sit erronea, hoc ostendit ex tribus. 1. Si sit contra doctrinam ecclesiasticam, & idè dicit: *Si quis*, &c.: quantum ad 2. dicit: *Et non acquiescit*. Nam Dominus Iesus venit, ut testimonium perhibeat veritati: & idè erroneus est, quicumque non acquiescit sermonibus eius. Ibi: *Sanis*: quia in Christi sermonibus nihil est corruptionis, nihil fallitatis, vel perversitatis: Ibi: *Doctrina*. Scilicet ecclesiasticæ: Ibi: *Superbus*: quia superbi volunt se intrmittere de his, ad quæ non attingunt, & idè necesse est, quod errent, & deficiant: item quia nolunt intellectum alteri subicere, sed innituntur suæ prudentiæ, & idè nolunt obedire. Item defectus intellectus: quando homo non fundatur in veritate, nec habet virtutem, per quâ possit iudicare veritatè, à qualibet quæstionis difficultate incidit in errorem.

testi: (e) scriptum est Cor. 1. 1. enim: perdam sapientiam sapientium; & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens est? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Quia (f) quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Si (g) quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus D. N. I. & ei, quæ secundum pietatem est doctrina, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pug-

(e) Cor. 1. 1.

(f) Ibidem

(g) Thim. 1. 6.

QUESNELLIANOS.

pugnas verborum, quæ (h) quæstiones præstant magis, quàm edificationem Dei, quæ est in fide; ex (i) quibus oriuntur invidia, contentiones, blasphemiae, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati sunt, existimantium, quæstum esse pietatem. Servum (j) autem Domini non oportet litigare; sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nam (K) arma militiæ nostræ non car-

(h) Thim. 1. 1.

(i) Thim. 1. 6.

(j) Thim. 2. 2.

(K) Cor. 2. 10.


non est in illis armis, sed in veritate. Ibi: *Quæstiones*: idest contentiones: Ibi *magis quam*: quando scilicet aliquis est confirmatus in veritate fidei, ad quod debet omnis doctrina tendere.

(i) Ibi: *Invidia*: cum aliqui laborant, non ad veritatem: & ex istis sequuntur conflictationes adversus fideles.

(j) Ibi: Debet habere respectu Superiorum docilitatem: respectu persecutorum, patientiam: respectu fallorum doctorum correctionem: Ibi: *Docibilem*. Idest. paratum corrigi à quocumque; & hæc est sapientia coelestis.

(K) Ibi: Arma eorum, qui pugnant secundum carnem, seu militant, sunt divitiæ, voluptates, honores, & potentiæ mundanæ, & tempor-

C na-



rales: arena militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, idest secundum Deum, vel ad honorem Dei. Ibi: Bene sunt potentia Deo, vt destruant rebelles: mutant autem se aliqui contra Deum: per superbiam, vel altitudinem ingenij proprij. Ibi: Adversus scientiam Dei. Scilicet fidem, quæ est scientia Dei, quia quæ de Deo dicuntur impugnant. Ibi: Et in captivitate, quod quidem fit, quando id, quod homo scit, totum supponit ministerio Christi, & fidei. Ibi: In promptu: idest promptum, & liberum animum habentes ad puniendum inobedientiam. Ibi: Cum vos perfecte obedientes eritis, quia si vos vultis obedire, non erit nobis locus puniendi in obedientiam, aliorum, & vestram. Vel tunc vicifemur vos de inobedientia, quando impleta fuerit obedientia vestra, idest quando destruetur inobediencia vestra, contraria enim contrarijs curantur.

nalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem ex tollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi; & in promptu habentes vicifisci omnem inobedientiam, cum completa fuerit vestra obedientia, sicut (1) semper obedistis.

(1) Philip. 2.



CAP. III.

ARGUMENTVM.

Hortatur ad servandam pacem, & unitatem Ecclesia, præcavendo, utpote monstruosum, schisma aliquod in eius corpore mistico. cuius speciosum est membrum regnum Christianissimum; ac proinde, ut à Christo Primario Capite non recedit, ita Vice Capiti unanimiter obtemperet; & si qui inter Christianissimos non verè fideles sint, vitentur; & pulchritudo pacis, & fidei servetur: nec illi sunt soli sapientes, nec fidei rerum arbitri, ut ab illis certa, vel incerta veritas mensuretur.

(m) Ephes. 4.

**P**ropter (m) quod, deponentes mendacium, loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo; quoniam sumus invicem

C2 mem-

(m) Ibi: Membra enim se invicem diligunt, & se iuvant mutuo in veritate.



EPISTOLA AD

(n)

Ibi: *Vno spiritu*: Scilicet per virtutem vnius Spiritus Sancti. Omnes nos, qui sumus membra Christi, sumus baptizati, in vnum corpus, idest in vnitatem Ecclesie, quae est Corpus Christi.

Ibi: Dicitur est, quod omnes nos in vnum corpus mysticum baptizati sumus, quod representat similitudo corporis naturalis. Nam corpus naturale hominis non est vnu membrum, sed multa; quia scilicet eius perfectio non saluatur in vno membro, sed integratur ex multis, quae necessesse habent, deservire diversis potentijs, & actibus animae.

Ibi: *Si dixerit pes*: Manifestat, quod dixerat exemplificando in membris quibusdam: & ponit duo membra, pedem tanquam ignobilius membrum: manum autem tanquam membrum nobilius: *si dixerit, &c.* quasi dicat: perfectio corporis non tota consistit in vno membro, quamvis nobiliori; sed ad eius perfectionem requiruntur etiam ignobiliora. Per membra autem deservientia motui designantur in Ecclesia homines dediti vitae activae: per manus autem figurantur Praelati, per quos alij disponuntur.

Secundo exemplificat de membris ferventibus virtuti apprehensivae; & ponit oculum, qui deservit visui, & aurem, quae deservit auditui. Nam isti duo sensus praecipue deserviant humanae sapientiae.

Per membra ergo deservientia virtuti apprehensivae, designantur in Ecclesia illi, qui student vitae continentem-

membra. Etenim (n) <sup>(n)</sup> in vno spiritu omnes <sup>Cor. 1.</sup> nos in vnum corpus <sup>12.</sup> baptizati sumus: & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra,

QUESNELLIANOS.

21

bra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit; quod si essent omnia vnum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus: non potest autem oculus dicere manui; opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus: non estis mihi necessarij; sed multo magis, quae videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: & quae putamus, ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiore circumdamus; & quae inbonesta sunt nostra, abundan-

templativa, inter quos sunt sicut oculi, Doctores;: per aures autem significantur discipuli.

Ibi: *Sicut voluit*: In Ecclesia disposuit diversa officia, diversos status secundum suam voluntatem.

Ibi: *Si essent*: Si omnes in Ecclesia vnius conditionis, & gradus essent tolleretur perfectio, & decor Ecclesiae quae in Psal. describitur: circum amicta varietate.

Ibi: In Ecclesia sine officio aliorum abiectarum personarum: preterens vita transiri non posset, quae tamen posset duct sine aliquibus excellentioribus personis, contemplationi, & sapientiae deputatis.


Ibi: *Schisma*: Quod quidem sequeretur, si defectui membrorum non subveniretur: hoc autem schisma quantum ad membra corporis mystici manifeste vitatur, dum pax Ecclesiae custoditur.

Ibi: *Id ipsum*: Ponit comparationem membrorum ad invicem, quarum ad mutuam sollicitudinem: dicens: non solum praedicta membra operantur ad invicem, sed etiam per se invicem sunt sollicita in id ipsum, idest in vnitatem corporis conservandi. Et hoc quidem manifeste in corpore naturali apparet. Nam quolibet membrum, naturalem quandam inclinationem habet ad iuvamentum aliorum membrorum. Unde & naturaliter homo opponit manum ad protegendum alia membra ab ictibus.

Ibi: *Patitur*: Similiter debet esse in fidelibus Christi, ut vnus malum alterius compatiatur.

Ibi: *Vos autem*: Adaptat similitudinem ad propositum: scilicet, qui estis in vnitatem fidei congregati.

Ibi:



Ibi: *membra de membro*: estis membra dependentia de Christo membro, quod quidem dicitur membrum secundum humanitatem, secundum quam præcipue dicitur Ecclesiæ caput.

dantio rem honestatem habent: honesta autem nostra nullius egent: sed Deus temperavit corpus, ei, cui deerat abundantio rem tribuendo honorem, ut non sit schisma in corpore: sed id ipsum pro invicem sollicita sint membra: & si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: si vè gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra, de membro, (o) quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus, qui de uno pane partici-

(o) Ibi: Per hoc patet, quod unum sumus cum Christo, quoniam vnus panis vnione fidei, spei, & charitatis, & unum corpus multi sumus: cor, us scilicet illius capit, qui est Christus.

(o) Cor. 1. 10.

(p) Cor. 1. 6.

panus: tollens (p) ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. (q) Emulamini charismata meliora, non (r) deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam. Si (s) quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. (t) Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministra-

(p) Ibi: Subtrahens seruitio Christi, cui debent deputari.

(q) Cor. 1. 12.

(r) Hebr. 10.

(s) Cor. 1. 11.

(t) Ephes. 4.

(r)

Ibi: *Collectionem*: Scilicet Ecclesiæ, quam aliqui deserunt tripliciter: scilicet: apostatantes à fide. 2. Mali prælati, qui dimittunt oves in periculo: aliqui verò ex superbia, quia cum possent esse vtilis ad regendum, cum nota superbiæ ab alijs se separant: quasi sub specie maioris perfectionis.

(s)

Ibi: Comprimit protervos audaces, dicens: *Si quis, &c.* ut scilicet rationibus prædictis non acquiescat, sed confidentia clamoris veritatem impugnet, quod pertinet ad contentionem: hoc sufficit ad comprimendum talem, quod nos: in Christum credentes talem, &c. neque Ecclesia Dei per gentes diffusa. Vnde si nulla esset ratio, hoc solum deberet sufficere, ne aliquis ageret contra communem Ecclesiæ consuetudinem.

(t)

Ibi: Faciamus ergo veritatem, scilicet: omne opus bonum, vel veritatem doctrinæ.

Ibi: *In illo*, qui est caput nostrum Christus, & in Ecclesia, quæ est corpus ipsius. Ibi *ex quo*. Scilicet Christi, qui est caput nostrum, totum corpus compactum est, id est coadunatum.

Ibi: Secundo fluit à Christo capite in corpus Ecclesiæ suæ mysticum connexio, & colligatio, quia oportet adunata aliquo nexu, vel vinculo necti, vel colligari.



tionis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in adificationem sui in charitate. (u) Vide- te:: quo modo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus:: subiecti invicem in timore Christi: sicut Ecclesia subiecta est Christo, (x) ad profectum vestrum, & gaudium fidei, & (y) non gravetur Ecclesia Dei, (z) Videte:: ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo vivo. Vos (a) metipsos ten- ta-

(u) Ibi: Cautè: cautio est quædam conditio prudentiæ, per quam aliquis vitat impedimenta agendorum, & hanc cautelam debent omnes habere.

Ib: Foram tempus, hoc est tempus calumniæ, & idè sitis redimentes tempus

Ibi: Christi: id est non propter timorem humanum sed Christi

Ib: Non est conveniens, quod membrum repugnet ipsi capiti in aliquo.

(x) Ibi: Ad profectum vestrum: id est, ut per meam exortationem proficiatis in fide.

(y) Vi. Inmat.

(z) Ibi: Ecce malum, de quo loquitur Apostolus scilicet et cor incredulum, id est non firmum in fide Ibi: Discedenae: quia per incredulitatem recedit.

(a) Ibi: Monet, ut de duobus se examinent, scilicet de fide, unde dixit, si estis in fide, quam: accepistis de Domino Iesu Christo, an excideritis ab ea, & sitis prola, si in aliam:: Item de operibus Undè dicit: Ipsi, &c. scilicet, an sitis in operibus bonis, & utrum conscientia remordeat vos aliquid mali fecisse.

(u) Ephes. 5.

(x) Phil. 1.

(y) Thim. 1. 5.

(z) Hebr. 3.

(a) Cort. 2. 13.

tate, si estis in fide. ipsi vos probate. Nescitis, (b) quoniam sui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis eius cui obeditis? Nemo (c) vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiae: nolite ergo effici participes eorum: nolite (d) iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infidei? Non (e) ut confundam

(b) Rom. 6.

(c) Ephes. 5.

(d) Cor. 2. 6.

(e) Cor. 1. 4.

(c) Ibi: Hic excludit fallaciam seductorum. Ibi: Monet eos, ut non seducantur verbis eis credendo: Ibi: Inanibus: quia sine ratione sunt talia verba, quæ dicunt. Ibi: Participes: communicando scilicet eis in talibus operibus.

(d) Ibi: Id est: nolite communicare in operibus infidelitatis cum infidelibus.

Ibi: Non debetis iugum ducere cum infidelibus, quia alius habitus est in vobis, alius in illis: Summa autem iniquitas est auferre Deo, quod suum est, & dare Diabolo: Ibi quæ: quia fideles sunt illuminati lumine fidei, sed infideles sunt in tenebris errorum.

Ibi: Luci: quia vos estis lux per scientiam fidei: illi verò tenebræ sunt per ignorantiam.

Ibi: Belial: Vos estis corpus Christi, illi autem sunt membra Diaboli, & dicitur Diabolus, Belial absque iugo, quia noluit subijci iugo Dei,

(e) Ibi: Scilicet mala confusione, quæ in desperationem mittit; quamvis vellim vos confundi confusione, quæ peccatum vitat.



EPISTOLA AD

dam vos hæc scribo;  
Sed ut:: charissimos

(f) Propter subintroductos à Dia-  
tolo falsos fratres, qui se fingunt  
amicos:: ad explorandam liberta-  
tem nostram à peccato.

(g) Ibi: Quia veram cognitionem,  
quam à Deo acceperunt, perversa  
ratione ad falsa dogmata conver-  
terunt.

(h) Ibi: Ostendit, quod in eis ex culpa  
est ignorantia subsecuta. Ibi: Eva-  
nuerunt vanum enim dicitur, quod  
non habet stabilitatem. Ibi: Obscu-  
ratum: per hoc, quod obscuratum  
est, factum est cor eorum insipiens,  
idest lumine sapientiæ privatum::  
sicut enim qui oculos corporales à  
Sole materiali avertit, obscurita-  
tem corporalem incurrit; ita ille,  
qui à Deo avertitur de se ipso præ-  
sumens. Ibi: Dicentes. Idest: sapien-  
tiam sibi à se ipsis adscribentes::  
stulti, &c. quasi contra divinam sa-  
pientiam agentes.

(i) Ibi: Quod facit ad iudicium dam-  
nationis propriæ, vitandum est.

(j) Hæc immediatè ante dicta de liberta-  
te, tangunt sensum aliquarum ex  
damnatis p. oppositionibus, qua potesta-  
tem hominis in peccato adeo imbecil-  
lem faciunt, ut nullam faciant; nec  
liberam nisi ad malum, & si non li-  
beram: Unde ut omnem gratiam effi-  
cacep dicant, in peccatore admittunt  
nullam, propter quod cui sumus ver-  
bis illis. Rom. 6.

(f) Galat. 2.  
subintroductos falsos  
fratres, qui subintro-

ierunt explorare liber-  
tatem nostram:: ut nos  
in servitutem redige-

rent: qui (g) commuta-  
verunt veritatem Dei  
in mendacium; sed (h)

evanuerunt in cogita-  
tionibus suis, & obs-  
curatum est insipiens

cor eorum: dicentes  
enim, se esse sapien-  
tes, stulti facti sunt;

ut (i) quid enim liber-  
tas mea iudicatur ab  
aliena conscientia? (j)

Permanebimus in pec-  
cato, ut gratia abun-  
det?

(f) Galat. 2.

(g) Rom. 1

(h) Ibi dem.

(i) Cor. 10.

(j) Rom. 6.

QUESNELLIANOS.

(K) Ibi dem.

det? Absit. Quid (K)  
ergo dicemus? Videte::

(l) Cor. 1. 8.

(l) ne fortè hæc licen-  
tia vestra offendiculum  
fiat infirmis:: & peri-  
bit infirmus in tua

scientia frater, prop-  
ter quem Christus mor-  
tuus est? Sic autem

peccantes in fratres,  
& percutientes cons-  
cientiam eorum infir-  
mam, in Christum pec-

(m) Cor. 1. 5.

catis. Non (m) est  
bona gloriatio vestra:  
nescitis, quia modi-  
cum fermentum to-

tam massam corrumpit?  
Nolite (n) errare:  
Deus non irridetur;

(n) Galat. 6.

quæ enim seminave-  
rit homo, hæc & me-

tet.  
D 2

(l)


Loquimur hic de licentia facillè reij-  
ciendi sacram unigenitus constitutio-  
nem, undè urbi, & orbi venit famo-  
sum scandalum. Quid enim audien-  
tes hæc, dicent, qui militant extra  
castra Ecclesia, videntes, constitutio-  
nes Pontificias, à Cathedra, qua pro  
moribus, & dogmatibus, apud Ca-  
tholicos semper summa veneratione  
sunt habitæ, & de fide, eas errori ni-  
mè obnoxias: modo à Christianissi-  
mis, & sapientissimis viris, nota im-  
maturitatis in vri, & libertate scan-  
dalosa retundi: quasi magis deferen-  
dum Quesnellio, & suorum cavillis,  
quam decretorio iudicio Apostolica  
Sedis.

(m)

Si forsam gloriantur: non est bona, sed  
pessima eorum gloriatio; cum ne scire  
minimè debeant, modicum fermentum  
erroris pertinacitè, & superbe defen-  
sati totam catholicismi massam in flo-  
rentissimis regnis corripisse, & à par-  
va scintilla implacabile incendium  
arsisse. Meminerint, quæsumus, de  
fermento, in quo tota Anglia, olim  
catholicissima, fuit corrupta. Va au-  
tem homini; illi, &c.

(n)

Ibi: Deus: idest non potest falli:  
Ibi meret, idest: secundum opera  
sua bona vel mala; præmiabitur,  
vel punietur.



EPISTOLA AD

(o) Ibi: Confutat contradicentes, & quia possent omnes simul contradicere, vel ad minus sapientes inter eos: 1. Confutat eos quantum ad totam Ecclesiam. 2. Quantum ad sapientes tantum. Ibi: An: idest non. Ibi: In vos solos: non solum vos credidistis, sed etiam alij; vnde vos non excellitis eos.

(p) Ibi: Currebatis: per opera fidei: sed dum sic currebatis, estis impediti. Ibi: Obedire: nam obedire est voluntatis applicandæ ad consentum præcipientis.

(q) Ibi: Converimini. A fide: Ibi elementa scilicet mundi, quæ sunt infirma, per se subsistere non valentia, quia in nihilum deciderent, nisi ea manus cuncta Regentis teneret.

(r) Ibi: Sensus autem spiritualis est cognitio veritatis, qui ergo veritate caret, propriè insentatus dicitur.

Ibi: Fascinavit: quasi diceret: vos estis sicut homo ludificatus, qui res manifestas aliter accipit, quam sint in rei veritate, quia scilicet vos estis ludificati per deceptiones, & sophismata. Veritati non obedire. Idest veritatem manifestam, & à vobis receptam, non videtis, nec obediendo recipitis.

Ibi: Fascinavit: Vos aliquando obedistis veritati fidei, sed modo non: ergo estis si ut pueri, qui ex aliquo invidio aspectu infecti, qui cibum vomitis.

(f) Ibi: Dicite: Si vos estis sapientes, attendite ad ea, quæ obijcio, & si non potestis contradicere, cedatis.

Ibi: Legistis: Si legistis, scire debetis ea, quæ in ea scripta sunt.

tet. An (o) à vobis verbum Dei processit?

Aut in vos solos per-

venit? (p) Currebatis bene, quis vos impeditit veritati non

obedire? (q) Quomodo convertimini: ad infirma, & egena elementa, quibus denuo ser-

vire vultis? Quis (r) vos fascinavit, non obedire veritati, ante

quorum oculos Iesus Christus præscriptus est. Dicite (f) mihi, qui sub lege vultis esse,

(o) Cor. R. 14.

(p) Galat. 5.

(q) Galat. 4.

(r) Galat. 3.

(f) Galat. 4.

QUESNELLIANOS.

(t) legem non legistis? (t) Roma. 15

Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ, & solatiij det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut unanimes honorificetis Deum.

(t) Ibi: Scripta in S. Scriptura, vel de Christo, vel de membris eius. Ibi: Il ipsum ut per hoc, quod idem sapitis, unanimes existentes per fidei, charitatis consentum: vno ore, idest, vna oris confessione, quæ ex unitate fidei procedit: id ipsum dicatis omnes, ut pro conformitate cordis, & oris, honorificetis Deum.





ARGUMENTVM.

Eandem exortationem prosequitur pro indivisione pacis, & doctrina Ecclesie Catholicae, in cuius obsequium omnium verè fidelium mentes debent esse captivæ, & nec adeo libera, ut de facili in suo sensu abundant, vel invita Ecclesie veritate; homines sibi met ita docti, ut nec errare posse videantur; quamvis vel Papa possit, ut talis, quod verè superbum; verè utique scandalosum: quid peius dicant Lutherani, & Calvinista: unde monet vitare Quesnellianam damnatum, & captivare in vera fide, & charitate iudicium.

(a) Ibi: Idest: omnes eandem fidem confiteantini, & eandem sententiam proferatis de his, quæ sunt communiter agenda. Ibi: Schismata: quia unitas Ecclesiastica dividi non debet: sunt autem proprie schismata, quando, vel propter diversam fidei confessionem, vel propter diversas sententias de agendis, homines unius Collegij in diversas separantur partes.

**O**bscuro (a) audem vos, fratres, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem

(a) Cor. I. I

(b) dem sensu, & in eadem sententia, id (b) ipsum invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes: nolite esse prudentes apud vos metipsos: (c) audiam de vobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evægelij. Si (d) fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vos metipsos defendentes, charissimis sed (e) volo vos simplices esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat Sathanam sub pedibus vest-

(b) Rom. 12

(c) Philip. I.

(d) Rom. 12

(e) Rom. 16

(b) Ibi: Ut scilicet in eadem sententia conveniatis: dissentire à recta fide est contrarium charitati. Ibi: Sapientes: Ut scilicet inordinate vestram excellentiam apperatis. Ibi: Humilibus: Idest, quæ abiecta videntur, non recusetis, cum opporuerit. Ibi: Metipsos: Ut scilicet iudicetis, solum id esse prudentiæ, quod vobis videtur.

(c) Ibi: Quod scilicet statis in vno spiritu, quod est per amorem. Item concordie, unde dicit unanimes, idest, vnam voluntatem, & animum habentes. Item cooperationis: unde dicit collaborantes ut scilicet vnus adiuber alium.

(d) Ibi: si potest: Quandoque enim malitia aliorum impedit, ne cum eis pacem habere possimus, quia scilicet cum eis pax haberi non potest nisi eorum malitia consentiantur. Defendentes: ut sonat pro casus serie.

(e) Ibi: Ut scilicet ei, quod bonum est in hæreatis. Ibi: Simplicitas: Ut talis sit vobis simplicitas, quod nullum decipiatis in malo. Ibi: Deus, &c. promittit eis divinum auxilium contra huiusmodi deceptores. Ibi: Pacis: Scilicet actor, qui dissensiones odit, quas isti faciunt. Ibi: Sathanam: idest Diabolum, qui per istos Pseudo Apostolos vos decipere conatur.



2. EPITOLA AD

(f) *Ibi:* Recte conturbant vos, quia abducunt à meliore in peius, quia vos vocati estis, scilicet a Deo in libertatem gratia.

(g) *Ibi:* Dixi: quod non consentiretis Pseudo, & confido in vobis: quia Dominus dabit vobis sapere secundum sobrietatem catholicę veritatis.

*Ibi:* Qui autem: idest qui removet vos à debito ordine: portabit iudicium idest, condemnationem subitinebit. Sicut enim, qui inducit aliquem ad bonum, remuneratur; ita qui inducit aliquem ad malum, condemnatur. *Ibi:* Qui cunq;: idest quantumcumque ut autoritatis, non parceret ei.

(h) *Vi sonat. de Patre Quasnell. qui, quia non secuta sunt fidem, sed aliena dogmata Lutheri, Ba. j. & Farsenij precipue, extumulare se ageant, meruit condemnationem, suorum operum iam excusorum, & aliorum, quorum editionem in Belgio, ante, & postea in Hollandia fugitivus ab Ecclesia, tenax parabat.*

(i) *Ibi:* Dicitur: idco esse condemnationem, quia non ex fide, imo contra fidem, idest contra veritatem fidei.

(K) *Ostendit author desiderium cordis, quo fraterna exoptat charitate, ut à pertinacia Quesnelliani respiciant, & veram sapientiam humiliter amplectantur, nec plus sibi, quam Cathedra Petri, credant.*

*vestris velociter. (f) Vinam & abscindantur, qui vos conturbant: vos enim in libertatem vocati estis, fratres. Ego (g) confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapientis; qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. Nam (h) iudicium quidem ex uno in condemnationem: (i) damnatus est, quia non ex fide. Sed (j) verbum Dei non est alligatum. Ideo (K) & nos ex qua die audivimus, non cessamus, pro vobis orantes, & postulantes, ut impleami ag-*

(f) Galat. 5.

(g) Ibidem.

(h) Rom. 5.

(i) Rom. 14.

(j) Thim. 2. 2.

(K) Colof. 1.

QUESNELLIANOS.

*nitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spiritali, pro (1) corpore eius, quod est Ecclesia, cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei. Sic (m) nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores misteriorum Dei. Sic (n) & vos, quoniam emulatores estis spirituum, ad edificationem Ecclesie, quærite, ut abundetis. Non (o) efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. (p) Operemur bonum ad omnes, ma-*

(1) Ibidem.

(m) Cor. 1. 4.

(n) Cor. 1. 14.

(o) Galat. 6.

(p) Galat. 6.

(l) *Ibi:* Omnes sancti patiuntur propter Ecclesiam, quæ eorum exemplo roboratur.

(m) *Ibi:* *Misteriorum:* idest: Secretorum eius, quæ quidem sunt spiritualia eius documenta: Pertinet ergo ad officium Prælatorum Ecclesie, quod in gubernatione subditorum Soli Christo servire desiderent, cuius amore oves eius pascunt: hæc autem æstinatio de Prælatis Ecclesie necessaria est ad salutem fidelium: nisi enim eos recognoscerent ministros Christi, non eis obedirent tanquam Christo.

(n) *Ibi:* *Spirituum.* Idest donorum Spiritus Sancti, quærite à Deo ut abundetis. *Ibi:* Ex Prov. 15. in abundanti iustitia virtus maxima est. Quæ quidem iustitia est ædificare alios.

(o) *Ibi:* *Efficiamur:* Connumerans se eis, quibus scribit *Ibi:* Vbi tria excludit propria spiritus mundi, sc. inanem gloriam, iracundiam, & invidiam. Quibus tribus convenienter aptari potest nomen spiritus, significat enim spiritus quandam inflammationem. Vnde secundum hoc illi dicuntur vani spiritus, qui sunt inflati per inanem gloriam. *Ibi:* *Gloriæ,* idest gloriæ secularis. Cum vanum sit, quod, nec solide firmatur, nec veritate fulcitur. *Ibi:* *Provocantes:* sc. ad contentionem, vel litem.

(p) *Ibi:* *Fidei.* Qui sc. non solum natura nobis sunt similes, sed etiam sunt uniti fide.



EPISTOLA AD

(q) Ibi: *Quid* idest, quid ad me pertinet, *iudicare* idest sententiam condemnationis ferre. Ibi: *Foris* idest de infidelibus, qui sunt omnino extra Ecclesiam.

(r) Ibi: *Abundatis* in his, quæ pertinent ad intellectum, & quantum ad hoc dicit in fide, qua creditur, & sermone, quo confitemur.

(f) Ibi: Sapiunt quæ sursum sunt, qui secundum supernas rationes ordinant vitam suam; & de omnibus iudicat secundum eam: sapit autem, quæ sunt super terram, qui secundum terrena bona omnia ordinat, & iudicat.

(u) Ibi: De fide instruit cum dicit *state* sc. in fide: Ibi *viriliter*, idest fortiter agite, quia fides sine operibus mortua est. Ibi *in charitate*: idest omnia debent referri ad finem charitatis, sc. ut fiant propter Deum, & proximum.

(x) Ibi: *Emulatur*: idest non invidet, quia scilicet facit cavere invidiam: Ibi *perperam* idest perverse contra aliquem. Ibi: *Inflatur*: quantum ad superbiam, quæ est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ. Tunc autem in inordinatè suam excellentiam quis appetit, quando non sufficit ei, contineri in eo gradu, qui sibi est à Deo præstitus: quod quidem fit, dum homo non vult contineri sub regula ordinatiõnis divini: rectè autem superbia inflationi comparatur. Nam id, quod inflatur, non habet solidam magnitudinem, sed apparentem, ita superbi videntur quidem esse magni, cum tamen vera magnitudine careant, quæ non potest esse absque ordine divini. Ibi *ambitiosa*. Facit hominem ambitionem vitare, Ibi *suas*: non repetit ea, quæ sunt sibi ablata, scilicet in iudicio cum scandalo. Ibi: *Non irritatur*: idest non provocatur ad iram. Ibi: *Non cogitat*: idest non permittit excogitare, quomodo aliquis perficiat malum. Ibi: *Quæ dicit*, quæ divinitus traduntur.

*ximè autem ad domesticos fidei; quid (q) enim mihi, de ijs qui foris sunt iudicare? Sed (r) sicut in omnibus abundantis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, quæ (f) sursum sunt sapite, non quæ super terram, ut (t) & in hac gratia abundetis. (u) Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia vestra in charitate fiant. (x) Caritas*

(q) Cor. 1. 5.

(r) Cor. 2. 8.

(f) Celos. 3.

(t) Cor. 2. 8.

(u) Cort. 1. 16.

(x) Cor. 1. 13.

*non*

QUESNELLIANOS.

*non æmulatur; non agit perperam; non inflatur; non est ambitiosa; non querit quæ sua sunt; non irritatur; non cogitat malum; non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert; omnia credit; omnia sperat; omnia substinet. Caritas nunquam excidit, sive prophetia evacuabuntur; sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur: scientia (y) inflat; charitas verò (z) ædificat: itaque (z) quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt invicem custodiamus.*

(q) Cor. 1. 8.

(r) Cor. 2. 8.

(f) Celos. 3.

(t) Cor. 2. 8.

(u) Cort. 1. 16.

(x) Cor. 1. 13.

*non*

(y) Cor. 1. 8.

(z) Rom. 14.

(a) Thel. 1. 4.

Ibi: q d. habetis quidem scientiam, sed non valet vobis; quia inde superbitis: scientiam autem, si sola est, inflat: hæc enim fuit plaga Ægyptiorum, idest sapientium huius mundi, vesicæ turgentes.

Ibi: Ut ad Regnum Dei pervenire possimus, sectemur ea, quæ pacis sunt, idest ea studeamus adimplere, per quæ Christianorum pacem conservemus.

Ibi: Hortatur eos ad proficiendum in charitate: & licet alij abutantur, vos tamen insistatis.



(b) Ibi: Qui habet habitum, si rectus est habitus, sequitur inde rectum iudicium de his, quæ pertinent ad illum habitum. Ibi *Scientia*: sc. agnoscat veritatem, & inhæreat circa ea, quæ sunt fidei. Ibi: *Sensu*: hic sensus debet esse, non tantum considerativus; sed etiam discretivus inter bonum, & malum.

(c) Ibi: Ecclesia quandoque comparatur spirituali ædificio: quandoque arbori, quia fert fructum: & eadem est comparatio fundamenti ad domum, & radicis ad arborem, quia utriusque firmitas est radix, & fundamentum Christus. Ibi: *Radicati*: scilicet sicut boni lapides, hoc est, si perstiteritis in fide. Ibi *didicistis*: sc. in vera fide.

(d) Ibi: Ex charitate mox oritur pax, quæ est secundum August. tranquillitas ordinis sibi à Deo instituti. Ibi: *Exultet* quia charitatis effectus est gaudium, quod sequitur ex pace.

(e) Ibi: q. d. Si donum Spiritus S. habetis, vitimini eo ad vilitatem proximorum. Ibi: *Prophetias*: idest divinam doctrinam: exponentes enim divinam doctrinam dicuntur Prophetæ, q. d. non spernatis verba Dei, & prædicationes. Ibi: *Probate*. Scilicet quæ sunt dubia: manifesta enim examinatione non indigent. Ibi: *Spes* quia etiam quæ habent similitudinem malitiæ vitare debemus, quæ sc. non possumus servare coram hominibus absque scandalo eorum.

fratres,:: ut quieti sitis; & ut vestrum negocium agatis, ut (b) charitas vestra magis, ac magis abundet in scientia, & in omni sensu; ut probetis potentiora; ut sitis sinceri. Sicut (c) ergo accepistis Christum D. in ipso ambulate, radicati, & super ædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis. Et (d) pax Christi exultet in cordibus vestris in qua & vocati estis in hoc corpore; & grati estote. (e) Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere: omnia autem probate: quod

(b) Phil. 1.

(c) Colof. 2.

(d) Colof. 3.

(e) Thef. 1. 5.

quod bonum est, tene- te: ab omni specie mala abstinete vos. Omnia (f) autem facite sine mur- murationibus, & hesi- tationibus, ut sitis sine quærella, & simplices Filij Dei sine reprehen- sione. De (g) catero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque ius- ta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ fa- miæ: si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Si (h) qua ergo consolatio in Christo; si quod

(f) Ibi: Sine murmure, & sine dubita- tione: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur. Ibi: *Reprehen- sione*: idest, ut bene se habeat aut ad infide- les, ut sc. sine offensione: & hoc est, quando non possunt infamari ab eis.

(g) Ibi: *De catero*: idest: ex quo sic estis firmati, cogitate, quæ sunt vera per fidem.

(h) Ibi: *Consolatio*: idest, si quam con- solationem mihi afferre vultis in Christo, implere gaudium meum. Ibi: *Societas*, & hæc est inter homi- nes, qui communicant in rebus, si- cut socij in bellicis armis: ita boni spirituales, quæ sibi communicant in spiritualibus bonis: q. d. exhibui ego vobis multam consolationem vestram; si ergo socij mei estis, ex- hibete idem & vos mihi. Ibi: *Im- plete*, q. d. gaudeo in vobis propter bona, quæ vidi, & audiui de vo- bis; sed quando hæc perficientur, tunc gaudium meum crescet, & tandem perficietur. Unde illud im- plete, sc. proficiendo in bonum. Ibi: *Sapientia*: circa ea, quæ sunt fidei. Ibi: *Vnanimis*: sc. in agendis: quantum ad secundum dicit: *id ipsum sen- sientis*. Quod ita differt ab hoc, dicit *idem sapite*, sicut hoc quod dicit: *Vnanimis* ab eo quod dicit, eandem charitatem habentes. Se- cundo monet ad humilitatem, cir- ca quam primo excludit contraria

humilitati. Secundo monet ad eam. Contraria autem humilitati sunt, quæ oriuntur ex superbia: hæc autem sunt propriè exterior contentio: idest nihil per contentionem. Aliud est inanis gloria: superbus enim inordinatè appetit suam excellentiam, etiam in opinione aliorum, idest hic dicit: *no- que per inquam gloriam.*

(f) Philip. 2.

(g) Philip. 4.

(h) Philip. 2.



(7)

quod solacium charitatis; si qua societas spiritus; si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam; & si (i) quid aliud sana doctrina ad-versatur: sermo (j) vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere: itaque (K) consolamini invicem in verbis istis.

(i) Thim. 1. 1.

(j) Colof. 4.

(K) Thefal. 1. 4.

Ibi: Gratia: vt sermo sit gratus: secundo vt sit discretus: vnde dicit: Sale conditus: per salem intelligitur discretio, quia per ipsum omnis cibi conditus est sapidus, ita omnis actio in discreta est insipida, & inordinata. Ibi: Vt sciatis, &c. aliter enim est respondendum sapientibus; aliter insipientibus.

CAP. V.

ARGUMENTVM.

Discretionem admonet inter tenebras, & lucem; & quia in Ecclesia non potest vera lux deficere; & tenebra semper in ea, & non ex ea, orta sunt vlla, quia necesse est vt veniant scandala; ideo exoptat, vt probent, an sint de luce, an de tenebris; nec iuvat sibi videri lucidum, quod revera tenebrosum; quia nec Hereticis primarijs tenebra videbantur tenebra; sed vera lux: & quia à Lidio lapide lucis, & veritatis deviarunt, dum videbantur colere veritatem, & lucem, eiectione sunt in tenebras exteriores.

(a) Ephes. 4.

Hoc (a) igitur dico, & testificor in domino, vt iam non ambuletis, sicut & gentes ambulantes in vanitate sensus sui, tenebris

Ibi: Hic ostendit Apostolus quod in Ecclesia non potest vera lux deficere; & tenebra semper in ea, & non ex ea, orta sunt vlla, quia necesse est vt veniant scandala; ideo exoptat, vt probent, an sint de luce, an de tenebris; nec iuvat sibi videri lucidum, quod revera tenebrosum; quia nec Hereticis primarijs tenebra videbantur tenebra; sed vera lux: & quia à Lidio lapide lucis, & veritatis deviarunt, dum videbantur colere veritatem, & lucem, eiectione sunt in tenebras exteriores.

(a)

Ibi: Supra monuit Apostolus Ephesios, vt manerent in Ecclesiastica unitate, describendo modum eius, & formam; in hac parte docet eos viam, per quam possint manere in Ecclesiastica unitate. Ibi: Iam: scilicet tempore fidei, & conversationis ad Christum.

Ibi: Tenebris: quia certè ratio istorum in agendis non dirigebatur ab intellectu illuminato, sed erroneo: & ratio est, quia tales non sunt participes divini luminis, seu legis divinæ illuminantis, & regulantis; propter quod subdit: alienati à vita Dei, id est à Deo, qui est vita animarum: vel à vita Dei: id est à vita sancte vivendi, quæ est per fidem.



(b) *Ibi:* Hic ostendit Apostolus, quod doctrina Christi totaliter contraria est isti conversationi, & statui: *Ibi:* *Audistis:* quia auditus deservit disciplina: & hoc quantum ad prædicationem fidei. *Ibi:* *In ipso edocti:* scilicet quomodo pertinentia ad fidem sunt custodienda, & adimplenda: & hoc: *Sicut est veritas in Iesu.* q. d. si audistis, fidem Christi prædicari, & quomodo prædicata debeant adimpleri, estis edocti, sicut Iesus, de quo prædicatur vobis, qui est veritas. Vos autem non ita, scilicet oportet ambulare, sicut aliqui desperantes, sed quomodo? Subdit: *deponite vos,* quæ quidem littera potest legi dupliciter: vno modo, ut dicatur *deponere:* & tunc constructur cum præcedentibus sic: ita est veritas, in qua edocti estis in Iesu, deponere vos, &c. Si autem dicitur *deponite,* quæ littera communis habetur, dicemus, quod, quia contraria est & vita, & doctrina Gentilium, vitæ, & doctrinæ Iesu in qua edocti estis, restat ut deponatis. *Ibi:* *Erroris:* quia in talibus ne errantibus corrumpitur intellectus, & affectus, vel secundum desideria erroris, id est, quæ homines faciunt errare.

(c) *Ibi:* Videtur Apostolus excludere pallium excusationis aliquorum, qui ideò docent quædam rudia, & superficialia, quasi ostendant se volentes vivere in simplicitate, & ideò non curantes de subtilitatibus, ad quas secundum rei veritatem non attingunt: sed hoc Apostolus excludit, cum dicit: *Nolite, &c.* id est nolite puerilia, & inutilia, & stulta loqui, & docere. *Ibi:* *Malitia* ubi sciendum est, quod parvuli deficiunt in cogitando mala, & sic debemus effici parvuli: & deficiunt in cogitando bona; & sic non debemus esse parvuli, imò viri perfecti; & ideò dicit: *sensibus, &c.* id est ad discretionem boni, ac mali perfecti sitis.

*bris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitate[m] cordis ipsorum; vos (b) autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis; sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Nolite (c)*

(b) *Ibidem.*  
(c) *Cor. 14.*

*pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote; sensibus autem perfecti estote: hoc: (d) dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Exortatio (e) enim nostra non de errore;: neque in dolo, ad (f) confirmandos vos, & exortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis, ad (g) confirmanda corda vestra sine querella, ut (h) subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, secundum (i) principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in fi-*

(d) *Colof. 2.*  
(e) *Thef. 1. 2.*  
(f) *Thef. 1. 3.*  
(g) *Ibidem.*  
(h) *Thef. 2. 3.*  
(i) *Ephes. 2.*

(d) *Ibi:* Instruit, & monet eos contra doctrinam corruptentem. Seducebantur autem à quibusdam philosophis contra fidem, & ab hæreticis.

(e) *Ibi:* *Exortatio enim nostra* non est sicut aliquorum de errore: sua ergo prædicatio non est corrupta sed sincera; sincerum autem aliquid est, quod servat suam naturam. Tunc autem est prædicatio sincera, quando quis docet eo tenore, & sine quo Christus docuit.

(f) *Ibi:* Quia per exortationes animus hominis confirmatur: & indigetis exortari pro fide vestra, ut nemo moveatur in his tribulationibus. *Ibi:* *Querella:* id est, ut nullus possit conquæri de vobis.

(h) *Ibi:* Ex hoc introductum est in Ecclesia, quod mali vitentur; & hoc ne infirmiores ex eorum confortio maculentur. *Ibi:* *Inordinate,* & hoc est quando aliquid est secundum se malum: vel quia est prohibitum, & contra doctrinam Ecclesiæ.



lios diffidentia: ne (j) quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Veritatem (K) dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea:

(j) Colof. 2.

(K) Rom. 9.

(j)

Ibi: Monet, ne decipiantur per vanam sapientiam: 1. Docet vitare, quod potest decipere. 2. Ostendit quare illud decipiat.

Ibi: Secundum traditiones. Sed quod aliquis decipiat per sapientiam saecularem, dupliciter contingit, scilicet quandoque per principia realia philosophiae; quandoque per sophisticas rationes. Et utraque docet cavere. Unde dicit: nequis, etc. idest philosophica documenta: multi enim sunt propter philosophiam decepti a fide declinantes: quantum ad 2. dicit: & inanem fallaciam: quae non fundatur, nisi super apparenti involuione verborum: qui seducit, oportet habere aliquid apprens, & aliquid non existens: principium apprensae est duplex; idest autoritas philosophorum, & quantum ad hoc dicit: secundum traditionem hominum: idest secundum ea, quae aliqui tradiderunt propria ratione: aliud est adinventio rationis, quando scilicet aliquis vult metiri ea, quae sunt fidei secundum principia rerum, & non secundum sapientiam divinam. Ex hoc enim multi decipiuntur. Et ideo dicit secundum elementa mundi: vel potest exponi secundum elementa mundi, mensurando scilicet veritatem fidei secundum veritatem creaturarum.

Ibi: Christum: quidquid non est secundum Christum, respiciendum est.

(K)

Ibi: Veritatem quod maxime convenit praedicatori, qui est testis veritatis: & quia quandoque aliquis veritati, quam loquitur aliquod mendacium interfert, ad hoc excludendum subdit: non mentior: secundo confirmat, quae dicenda sunt per iuramentum.

(1) Tim. 1.4

Spiritus (1) manifeste dicit: quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis daemoniorum, in hipocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam

(1)

Ibi: Praenuntiat defectum fidei futurum. Unde dicit: in novissimis temporibus. Novissimum tempus dicitur ultima aetas, quia nos sumus, in quos fines saeculorum devenerunt. Tamen in hoc tempore, tanto amplius novissimum est, quanto magis propinquum novissimae diei. Et sicut in primitiva Ecclesia propter propinquitatem ad Christum, & Sacramenta recentiter instituta, fuit ferventissima fides, sic in novissimis temporibus, in comparatione ad tempus

F 2 (1) tiam

Apostolorum discedent quidam a fide, quia carnales erunt; sed magis in fine abundabunt errores: causa defectus est duplex. Vna ex parte Diaboli seducens: & ideo dicit attendentes spiritibus erroris, scilicet daemonibus, quorum est officium in errorem mittere: & dicit spiritibus; quia daemon maior multos habet ministros. Sed quomodo attendent eis? Nunquid eos videbunt? Non: sed loquetur in eis. Et ideo addit secundam causam, scilicet falsam doctrinam. Et secundum Glossam dicit hic falsos Doctores Dæmones, nec immerito. Sicut enim boni homines interdum dicuntur Angeli: ut isti propter excellentem malitiam dæmones dicuntur: Ex parte decipientium est duplex causa. Vna eorum falsitas: alia perversitas conscientiae eorum. Quantum ad primum dicit daemoniorum, idest hominum a dæmone possessorum; & horum dico loquentium mendacium: & nota, quod per mendacium simplex, absque pallio apparentiae, non posset aliquis decipere quempiam; & ita hi neminem possent fallere, nisi praetenderent aliquod pallium, bonae intentionis, vel simulationis, vel falsae auctoritatis.

Ibi: Causteriatam: cauterium est corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur continue putredo. Ita ex igne perversae voluntatis, irae, odij, concupiscentiae, ulceratur conscientia, & daemoniorum egreditur falsa doctrina.

EPISTOLA AD

tiam. Erit (m) enim  
tempus, cum sanam  
doctrinam non sustine-  
bunt; sed ad sua desi-  
deria coacerbabit sibi  
magistros prurientes au-  
ribus, & à veri-  
tate quidem auditum  
avertent, ad fabulas  
autem convertentur;  
sed (n) ultra non  
proficient, insipien-  
tia enim eorum ma-  
nifesta erit omnibus:

(m)  
Thim. 2.  
4

(m)

Ibi: Erit enim tempus, quando erunt mali doctores: vnde dicit: non sustinebunt. Id est erit eis odiosa: doctrina scilicet Christi: alia pervertitas; quia volunt inordinatè audire curiosa, & noxia: Ideò dicit: coacerbabit: id est multiplicabunt: & est coacerbatio, quando indigni, & insufficientes multiplicantur, & magis coacerbatio est, si fiant quatuor indigni, quam si centum boni: Et hoc est secundum sua desideria, quia unus vult audire unum, alius alium, & sic quarunt diversos magistros: & dicit: prurientes aures. Scilicet auditores: Pruritus dicitur habere in pedibus, qui non vult quiescere: in auribus verò, qui semper audire vult nova, inaudita, & curiosa, & quandoque noxia: & ideò multiplicatur doctrina hæretica.

Ibi: A veritate: sana doctrina est, quando non habet ad mixtam falsitatem: ergo sanam doctrinam non sustinent, dum veritatem nolunt audire.

Ibi: Ad fabulas: Fabula est composita ex miris, in quibus deficit veritas: & talia homines habentes in auribus pruritus volunt audire.

Ibi: Ostendit, quomodo artantur, & primo ostendit eos esse impediendos: secundo docet modum impediendi: sciendum est autem circa i. quod voluntas nocendi est homini à se ipso; sed potestas nocendi est à Deo permitte: & Deus non permittit, ut noceat, quantum vult malus, sed imponit terminum: sic Aræus non nocuit in Ecclesia, nisi quantum Dominus permisit: Modus impediendi est, ut tollatur eorum pallium, & occultatio, quæ sunt tollenda, quia nocent.

Ibi: Manifesta: Deo detegente,

QUESNELLIANOS.

(o)  
Phillip. 3.

Videte (o) canes; vide-  
te malos operarios;  
videte concissionem.

(o)

Ibi: Videte: id est observate: & tria de his dicit. Scilicet favitiam cordis irrationabilem: vnde dicit canes. Glossa natura canis est, ut statim ex ira latret, non ex ratione, sed ex consuetudine. Sic & illi. 2. Perverse doctrinæ seminationem. Ibi malos operarios: quia non fideliter in vinea Domini laborant, nec bonum semen in agro mittunt: 3. dissensionem. Ibi concissionem. Et hoc verbo vitur in eorum sanguinationem.

(p)  
Cor. 2. 6.

Propter (p) quod exite  
de medio eorum, & se-  
paramini: nam (q) eius

(q)  
Cor. 2.  
11.

non: cum unigenito mo-

(p)

Ibi: 1. ut exeamus ab eis relinquendo peccata: sed Donatistæ dicunt, quod debemus corporaliter deserere malam societatem, quod non est verum. Vnde quod Apostolus dicit, intelligendum est de separatione spirituali, & ideò sic exponit: exite spiritualiter, non sequendo vitam eorum. Ibi: Separamini: id est à longe ab eorum consensu sitis.

(q)

Ibi: Subdoli: falsi: id est callidi, & vulpini sub specie religionis decipientes: & hoc est, quod dicit: transfigurantes, &c. id est, exterius portantes signa bonorum Apostolorum: & hoc probat, quia sicut veri Apostoli mittuntur à Deo, & informantur ab ipso. Sic Sathanas transformat se in angelum lucis, qui est dux, & iuctor eorum, ostendens se esse, vel angelum Dei, vel aliquando Christum: non est ergo mirum, neque magnum, si ministri eius, scilicet Pseudo, transformant se in ministros iustitiæ, id est simulant, se esse iustos: Notandum autem est, quod Sathanas transfiguratur se aliquando visibiliter: aliquando autem transfiguratur se invisibiliter, & hoc quando ea, quæ in se mala sunt, facit apparere bona, pervertendo sensus hominis: Sic decepit monachum, quendam, qui cum proposuisset in animo suo, nunquam exire cellam, suggestit ei Diabolus, quod bonum esset, quod exiret ad Ecclesiam, & reciperet Corpus Christi; cui suggestioni consentiens, propositum mutavit, vadens ad Ecclesiam. Postmodum cognoscens, eum fuisse Diabolum, gloriatus est monachus, quod non deceperat eum; quia ad bonum iverat; & tamen iam removit eum a proposito, continue standi in cella. Postmodum verò iterum suggestit ei, quod pater suus esset mortuus, & dimiserat sibi multas divitias, distribuendas inter pauperes, quod irer ad civitatem, ad quam, cum irer, nunquam redijt ad cellam, & mortuus est in peccato. Vnde valde difficile est, quod homo caveat sibi, & ideò recurrendum est ad adiutorium divinum.

Parabola  
Quosnell.

Ibi: Finis ponit ministrorum, & malorum, & bonorum differentiam, quæ consistit in hoc, quod finis illorum, scilicet ministrorum Christi, & Sathanæ erunt secundum opera eorum.



modi Pseudo Apostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi, & non mirum; ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis: non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur, velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum: nolite

seduci: corrumpunt mo-

res bonos colloquia ma-

la: quidam autem

ex contentione Chris-

tum annunciant non sin-

cere, existimantes, præ-

suram se suscitare: &

(t) sermo eorum ut can-

cer serpit; multum

enim

(f) Ibi: Quidam non secundum sanam intentionem, sed ex contentione. Corrupta eorum contentio: patuit, vno modo, vt publicè prædicando, turbationem facerent in populo.

(t) Ibi: Ponit eorum similitudinem dicens, vt cancer, &c. hæreticis enim dicunt à principio quædam vera, & vtilia; sed cum audiuntur, immiscent quedam, quæ evomunt mortifera.

(u) Ibi: Hæc sunt vitanda, quæ impediunt pietatem: vnde doctrina fidei est doctrina pietatis. Impietas verò est doctrina contra fidem.

Ibi: Proficiunt id est, perducunt ad errorem, sive ad erroneam doctrinam: sed hic profectus est in malis abulivè.

(r) Cor. 1. 15.

(f) Philip. 1.

(t) Thim. 2. 2.

(u) Ibidem.

enim proficiunt ad impietatem; timeo (x) autem, ne sicut serpens Hævam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo: ne (y) forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurratio-

(x) Cor. 2. 11.

(y) Cor. 2. 12.

(x) Ibi: Hæva corrupta fuit per serpentem non violentè, sed astute, in quantum promissit falsum, & sua sit iniquum, & secundum hanc similitudinem Apostolus loquens, dicit Ecclesiam esse, sicut Hævam, quam Diabolus aliquando persecutus est manifestè per tyranos, & potestates: aliquando molestat Ecclesiam latenter per hæreticos, qui promittunt veritatem, & simulant se bonos, & tunc sicut serpens seducit astutia sua promittendo falsa. Ibi ira id est per similes deceptiones hæreticorum. Ibi simplicitate: simplex enim est illud, quod compositione caret Pseudo ergo componebant vnam sectam ex Iudaismo, & Evangelio.

Vide sunt propositiones 6. 7. 8. damnatas, ubi fallax discrimen ostendit viri usque testamenti. Contra verò in propositionibus, quæ de peccatore agunt, reperies viri usque fœderis confusionem saltem quoad statum peccati, sub eadem servitute.

(y) Ibi: 1. Enumera peccata spiritualia, quæ pertinent ad dissensionem. 2. Ea quæ faciunt ad offensionem: in dissensionibus autem procedit ordine retrogrado. Nam secundum rectum ordinem homines primo dissentiunt; in quantum unus vult vnum, alius vult contrarium. 2. Ex hoc procedunt ad inferendum documenta, in quantum quilibet vellet obtinere in proposito suo. 3. Quando non potest obtinere in proposito suo, sed succumbit, accenditur zelo invidia. 4. Ex hoc prorumpit ad contentiones verbum, & ab isto ultimo incipit Apostolus: dicens, ne forte, &c. quod non solum timeo mala vestra in generali, sed in speciali; ne forte sint in vobis contentiones de meritis Prælatorum: Ambi. Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Et hæc contentio venit ab æmulatione: & æmulatio venit ab animositate: & animositas venit ex dissensionibus: id est odia, & contrarietas animorum. Ibi: Detractiones cum quis expressè malum dicit de aliquo; & si quidem in manifesto, sic est detractor: si verò in occulto; tunc est sutorro & idè dicit susurratio. Sunt enim susurrones, qui latenter seminant discordias.

Nihil aliud fecit Quesnell. postquam è Gallia subvesio laica discessit, latenter commovens bella, dissensiones, & odia per Belgium, & vicinas Provincias contra Sedem Apostolicam.



## EPISTOLA AD

nes, inflationes, seditiones sint inter vos:

foris (z) pugnae, intus timores. Timeo (a)

enim ne forte: non quales volo, inveniam

vos de (b) corde puro, & conscientia bona,

& fide non ficta, à quibus quidam aberrantes,

conversi sunt in vaniloquium volentes

esse legis Doctores, non intelligentes,

neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant.

Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur.

Si

(z)

Ibi: Foris idest extra Ecclesiam pugnae illatae ab infidelibus: sed intus timores; ne scilicet illi, qui intra Ecclesiam sunt excidant à fide propter persecutores.

(a)

Ibi: Incorrectos: mali enim odiant correctionem, & veritatem.

(b)

Ibi: Aliae sunt virtutes ad habendam veram fidem; scilicet virtutes quibus Deum colimus: quae sunt ordinatae ad removendum errores, & ad confirmandam in cordibus fidei firmitatem.

Ibi: Fide non ficta: idest: vera.

(z)

Cor. 2. 7.

(a)

Cor. 2.

12.

(b)

Thim. 1.

1.

## QUE SNELLIANOS.

49

(c)  
Cor. 1.  
14.

Si (c) autem non fuerit interpretes, taceat in Ec-

clesia: non (d) enim est dissensionis Deus, sed

pacis, sicut in omnibus Ecclesijs Sanctorum.

(d)  
Cor. 1.  
14.

Si (e) ergo conveniat

G uni-

tatem; habentes enim cor infectum passionibus, iudicant secundum affectum earum, & non secundum Deum: similiter habentes conscientiam malam; quia non possunt quiescere in veritate: & inde est, quod quaerunt falsa, ut in eis quiescant: similiter qui habet fidem fictam. Esai. 21. Qui incredulus est, infideliter ager. Deinde cum dicit volentes, &c. ponitur conditio falsa docentium, & 1. inordinata ambitio. 2. defectus eorum: quantum ad 1. dicit: Volentes esse legis Doctores: quantum ad 2. dicit: Non intelligentes, neque quae loquuntur per auctoritates, quas non intelligunt.

Memorare quendam pro suo Quaesnelio Anonymum testimonia PP. non solum allegantem, verum cerebro suo propositionibus damnatis identificantem, quem nervose concludit N. Salmanticensis NAVARRO.

Ibi: Scimus per certitudinem. Quod lex est bona, non mala, ut haeretici dicunt: sed contingit, quod aliquis bono utatur male, & ideo dicit: si quis, &c.


Quasi dicam: qui contra Ecclesiae doctrinam, doctrinam SS. PP. subdole exposuerit, melius esset illi tacuisse, quam exposuisse.

(d)

Ibi: Deus nunquam cogit ad id vendè oriatur rixa, vel dissensio, quia Deus non est dissensionis, sed pacis.

(e)

Testimonium istud ideo attuli, ut infructuosam, & temerariam dicere appellationem ad Concilium, vel ad Ecclesiam ut aiunt: dato hoc, & congregato, si intrarent idiota, & ignari dicerent, quod in sanitis, quia plus fident non sano quidem cerebro, quam Sacrae Sedis iudicio: si intrarent, infideles, dicerent quod in sanitis, quia non vique mirum esset, si illi caput Ecclesiae recusarent: esset autem illis, renitentibus vobis: quid si intrarent fideles, & hi sapientes? Quia fideles, dicerent quod in sanitis, quia vos non captivatis; quia sapientes dicerent, quod in sanitis, quippe ceteros, & non vos insensare censeris.



EPISTOLA AD

<sup>(f)</sup>  
*Ibi:* Quod si hoc ipsum reputatis iniuriam: parcatis mihi: & ideo dicit noni & loquendo: *donate* idest parcite mihi hanc iniuriam.

<sup>(g)</sup>  
*Ibi:* Seducat, scilicet à veritate, quam dixi: seducunt enim in humilitate isti Pseudo: quia utebantur similitate sanctitate. Sanctitas autem in duobus consistit, scilicet in humilitate conversatione, & cultura Dei. Isti autem ostendi debant humilem conversationem, cum apparebat eos non curare de rebus mundi. & ideo dicit *in humilitate*: Item dicebant se predicare ad reverentiam Dei, & ideo dicit: *Et religione Angelorum*, quia per hoc intendunt, quod videantur esse Angeli, idest Nuntij Dei: sed tamen triplex est eorum defectus scilicet scientiæ, iustitiæ, & fidei, & quantum ad 1. dicit: *Volens, quæ non vidit*: idest intellexit persuadere, & semper repetere. *Nemo vos seducat*: quantum ad 2.

*ca-*  
dicit *ambulans frustra inflatus*: licet sic humilitatem prætentant. Exponit duo. 1. quod religio eorum sit inutilis, quia ambulant frustra, scilicet operantes opera, quæ non prosunt ad vitam æternam: item quod prætentant falsam humilitatem. Unde dicit *inflatus*: differentia est inter inflatum, & pinguem: quia pinguis veritate sunt pleni: inflati vero vacui sed vento extensi. Qui ergo verè sunt humiles, sunt pleni: sed qui apparent tantum inflati, sunt vacui: hoc sensu intelligitur illud: *scientia inflat*: quantum ad 2. dicit: *Non tenens caput*: scilicet Christum per fidem. Et talis decipitur: quia sine Christo est in tenebris: sed quare est caput? Respondet dicens: quia ab eo dependet totum bonum corporis, scilicet Ecclesiæ: In corpore enim naturali sunt duo bona, scilicet compactio membrorum, & augmentum corporis. Et hoc habet Ecclesia à Christo. Ex eo enim dependet totum corpus: & ideo dicit *coniunctiones*: in corpore enim est duplex coniunctio membrorum, scilicet secundum contractum, quia manus est coniuncta vlnæ, hæc pectori, & sic de alijs: alia ex connexione, sui coniunctio nervorum: & ideo dicit: *coniunctionem, & connexum*. Sic in Ecclesia est coniunctio per fidem, & scientiam: in augmentum Dei, idest Christi, qui Deus corpus auget, dum augetur Ecclesia.

*universa Ecclesia in unum: intrent autem Idiote, aut infideles, non ne dicent, quod insanitis? Donate (f) mihi hanc iniuriam nemo (g) vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens*

<sup>(f)</sup>  
Cor. 2.  
12.  
<sup>(g)</sup>  
C. elof. 2.

QUESNELLIANOS

*caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei. Rogo (h) autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones, & offendicula, præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinatè ab illis; huiusmodi enim Christo D. N. non serviunt; & (i) per dulces sermones, & benedictiones seducunt cor-*

<sup>(h)</sup>  
Rom. 16

<sup>(i)</sup>  
Ibidem.

G2 da

dixerat, duas rationes, quarum prima sumitur ex parte eorum, quos vult vitari; & 1. describit eorum intentionem, dicens, huiusmodi enim homines non serviunt Christo D.: non enim prædicabant propter gloriam Christi: 2. describit eorum deceptionem dicens: *per dulces sermones seducunt corda innocentium*, idest simplicium, & imperitorum: *per dulces sermones*, in quibus sanctitatem prætentant: *et benedictiones*: quibus scilicet et benedicunt, & adulantur illis, qui eos sequuntur.

<sup>(i)</sup>  
<sup>(h)</sup>  
*Ibi:* Quia illi, quos vitari volebat, fraudulenter incedebant, decipientes sub specie pietatis: secundum illud. Matth. 7. *Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Ideo 1. inducit eos, ad cautelam habendam, dicens: *rogo, &c.*: erat enim quidam ad fidem conversi ex Iudeis, qui prædicabant, legalla esse observanda, & ex hoc primo quidem in Ecclesia sequebantur dissensiones, & sectæ, dum quidam eorum errori adhererent; alij verò in vera fide persisterent: secundo sequebantur offendicula, & scandala: dum quidam alios iudicarent; & alij alios spernerent, qui dissensiones, & offendicula faciunt. Dicit autem: præter doctrinam, quam vos didicistis à veris Christi Apostolis, ut ostendat, quod huiusmodi dissensiones; & scandala ex falsitate doctrinæ proveniebant: 2. monet, ut cogniti vitentur, dicens: *declinatè*: idest eorum doctrinam, & confortia fugiatis. Deinde cum dicit: *huiusmodi, &c.* assignat eius, quod



EPISTOLA AD

da innocentium. Sta-  
te (j) ergo succinti  
lumbos vestros in ve-  
ritate, & induiti lo-  
ricam iustitiae, & cal-  
ceati pedes in prepa-  
ratione Evangelij pa-  
cis: in omnibus sumen-  
tes scutum fidei, in  
quo possitis omnia tela  
nequissimi ignea extin-

(j)

(j) Ephes. 6.

Ibi: Describit diversitatem armo-  
rum: est autem triplex genus spiri-  
tualium armorum ad similitudinē  
corporalium, quorum quaedam  
sunt similia indumenta ad tegan-  
dum; quaedam verò ad protegen-  
dum; & quaedam ad impugnandū:  
indumento autem tria sunt neces-  
saria. 1. quod cingatur, & quantum  
ad hoc dicit: *state ergo succinti, &c.*:  
Sed in *veritate*: id est in rectitudine  
intentionis, & non simulatē: 2. mo-  
net vincere cupiditatis rerum: du-  
plex autē invenitur armatura con-  
tra eas, sc. iustitia, & ab renuntiatio  
rerum temporalium; & idē 1. præ-  
cipit vt eas non iniuste vsurpemus,  
quod facit iustitia. Et idē dicit: *lo-  
ricam iustitiae*: sc. propter quam ho-  
mo abstinet à rebus alienis: dicitur autem iustitia *lorica*: quia sicut lori-  
ca tegit membra, ita iustitia virtutes omnes: 2. præcipit, vt rerum tempora-  
lium curam superfluum deponamus quia dum his nimis intendimus, non  
habemus pedes paratos ad divina negotia, & mysteria annuntianda. Et præ-  
ter hoc dicit: *calceati pedes*, id est affectus dispositi, *sint* supple in *preparatione*  
*Evangelij pacis*: dicit autem pacis, quia per Evangelium pax nobis annuntia-  
tur. Item 2. sunt arma ad protegendum: dum autem in nobis sunt prote-  
genda, quæ sunt principia vite, scil. pectus in quo est cor, & caput, in quo  
est cerebrum. Pro pectore autem est scutum, & idē dicit: *scutum fidei* quia  
sicut scutum supponitur omnibus armis, ita fides omnibus alijs virtutibus:  
alia sunt enim arma virtutum moralium, scil. temperantia, id est succin-  
tio lumborum; & iustitia, id est indutio lorice: & hoc genus armo-  
rum, scil. scutum, est virtutis Theologicæ scil. fidei; quia sicut per scu-  
tum repelluntur tela, ita per fidem omnia contraria, & habetur victoria: &  
& idē ait: *in quo possitis, &c.*  
Ibi: *Nequissimi* scil. Diaboli, cuius tela sunt quaedam immisiones per an-  
gelos malos: hæc autem per fidem extinguuntur: dicitur autem, *scu-  
tum fidei*: quia sicut protegit totum corpus, ita fides debet esse in  
pectore.

QUESNELLIANOS.

(K) Ephes. 5.

guere: vt (K) filij lu-  
cis ambulate: fructus  
enim lucis est in om-  
ni bonitate, & ius-  
titia, & veritate:  
probantes, quid sit be-  
neplacitum Deo: & no-  
lite communicare operi-  
bus infructuosis tene-  
brarum: magis autem  
redarguite: omnia (1)  
autem, quæ arguuntur,  
à lumine manifestantur.

(K)

Ibi: Quia: lux estis, faciatis opera lu-  
cis: ergo vt filij lucis ambulare:  
ambulat autem quis, vt filius lucis  
dupliciter. 1. quantum ad substan-  
tiam, vel genus operis. 2. quantum  
ad modum, vel intentionem facien-  
tis. 1. ergo ponit opera, quæ oppor-  
tet facere. 2. qua debent fieri inten-  
tione: dicit ergo: dixi, vt ambuletis;  
vt filij lucis: fructus autem lucis sunt  
opera fructifera, & clara: vbi ad-  
vertendum est, quod omnis actus  
virtutis ad tria reducitur: nam op-  
portet, quod agens ordinetur in se,  
ad proximum, & ad Deum. In se, vt  
sit bonus in se ipso, & propter hoc  
dicit: *in omni bonitate*: item ad pro-  
ximum per iustitiam, idē dicit: *in  
iustitia*: ad Deum per cognitionem,  
& confessionem veritatis: & idē  
dicit: *& veritate*: Deind: cum di-  
cit: *probantes* hoc dicit, quia inten-  
tione debeant operari; quia non ex ab-  
ruto, sed probates; id est ratione dis-  
cernentes: & hoc: *quid sit beneplaci-  
tum Deo*, id est, vt intendatis facere,  
quod placet Deo.

(1) Ibidem.

(m) Ephes. 6.

(m) Confortamini in  
Do.

(1) Ibi: Dicit ergo: Bene dixi: nolite  
communicare: immo debetis, &

tales increpare, & redarguere: omnis enim redargutio manifestatio quædam  
est, sed omnis manifestatio fit per lumen: vos autem estis lux: ergo deceat  
vos arguere, & eos manifestare.  
(m) Ibi: *Confortamini* non in vobis, sed in Domino, qui curam habet de  
vobis. Ibi: *Potentia virtutis eius*: id est in potentia virtuosa. Ibi: *Armaturam  
Dei*: id est dona, & virtutes. Ibi: *Insidias*: describit autem insidias, quia, quando  
aliquis hostis in cainet, si sit debilis, stultus, & huiusmodi, non est multum ca-  
vendum, nec timendum de eo; sed quando est potens, nequam, & callidus,  
tunc est timendus. Hæc tria sunt in Diabolo. 1. quia non est debilis. Et propter  
hoc dicit, quod non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinē: Ex-  
ponatur, id est, quod nos impugnet sc. caro, & sanguis, hoc non est eorum prin-  
cipaliter; sed à superiore movente, scil. à Diabolo. Consequenter describitur à  
potentia; quia *adversus Principes, & potestates, &c.*: in quantum ergo aliqui dæ-  
mōnes inducunt aliquos ad rebellandum Deo, dicuntur Principes; in quan-  
tum



rum vero habent potestatem puniendi illos, qui eis subijciuntur, dicuntur potestates. Ibi: *spiritualia nequitiæ*: id est contra spiritualia nequitiæ, emphatice loquendo, per quod intelligitur plenitudo nequitiæ. Dicit autem spiritualia nequitiæ, quia quanto est altior secundum naturam, tanto, quando convertitur ad malum, est peior, & nequior. Unde Philof. dicit, quod homo malus est pessimus omnium animalium.

*Domino, & impotentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli; quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem; sed adversus Principes, & potestates; adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ. (n) Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasfemia tollatur à vobis cum omni malitia. (o) Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed si quis bonus ad edifi-*

(o) Ibi: Sermo oris præterdit, & annuntiat, quæ sunt in anima, quia voces sunt earum, quæ sunt in anima passionum notæ. Ille est bonus sermo, qui indicat bonam dispositionem interiorem: malus vero qui malam: est sermo malus, qui indicat hominem inordinatum contra Deum; sicut periuria, blasphemia, & huiusmodi. Ibi: *Ad edificatorem filii*: id est, ut corroboraretur fides in cordibus infirmorum: & hoc, ut det gratiam audientibus, scilicet si talis bonus sermo sit probatus.

(n) Ibidem. Ephes. 4.

(o) Ibidem.

*ficationem fidei, ut det gratiam audientibus: solliciti (p) servare unitatem spiritus in vinculo pacis: & (q) nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.*

(p) Ibidem.

(q) Ibidem.

(p) Ibi: Ostendit monitionis finem, qui quidem est, ut servetur unitas inter fideles.

(q) Ibi: Spiritus Sanctus dicitur, contristari; quando contristatur ille, in quo est Spiritus Sanctus.





CAP. VI.

ARGUMENTVM.

Expressius hic pradicat superioribus, & precipue Superiorum Principi debitam reverentiam, quæ sine obedientia, & assensu eius diffinitionibus stare nequit: & in Persona Christi Vice-Christi supremam auctoritatem commendat, utpote qui ab hoc deficientes, & ab illo deficerent; quod si passim liceret; quid firmum esset? Nec refert ad Concilium, vel Ecclesiam appellare, cum nec Ecclesia, nec Concilium sine Papa consistat; & quidquid in corpore veritatis est, à capite derivatum est: nec quid poterunt membra, invito capite; nec Deus Christus regendum dedit corpori corpus, sed capiti: & sic membra divisa à capite iam non membra.

(a) Ibi: Quanto enim quis proficit in bonis, tanto magis appropinquat salutem: sequitur: tamen si ita loquimur: id est, quia etsi sic loquimur, hoc est, ut reddamus vos cautos, & hoc procedit ex charitate.

CONFIDIMUS (a) auctorem de vobis dilectissimi, meliora, & uti-

(a) Hebr. 6.

(b) viciniora salutem, tamen si ita loquimur; quia (b) fides vestra annuntiatur in universo mundo: ideo (c) enim, & scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Vestra (d) enim obedientia in omnem locum divulgata est, quam (e) quidam repelentes circa fidem naufragaverunt; sed (f) non in omnibus est scientia: (g) habentes igitur talem spem, multa fiducia H uti-

(b) Ibi: Commendantur autem: de fide, quia fidem de facili susceperant; & in eadem firmiter permanent: nondum tamen perfectam fidem habebant, quia aliqui eorum præventi erant à Pseudo-Apostolis.

(c) Cor. 2. 2. (c) enim, & scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.

(c) Ibi: Dicit in omnibus: scilicet five in his, quæ placent vobis; five in his quæ displicent. I. Enim mandaverat eis, quod excommunicarent eum (pura Quesnell.)

(d) Rom. 16. Vestra (d) enim obedientia in omnem locum divulgata est, quam (e) quidam repelentes circa fidem naufragaverunt; sed

(d) Ibi: Qua de facili fidei obedistis: qui faciles se exhibebant ad sequendum bonum, & malum.

(e) Thim. 1. 1. (e) quidam repelentes circa fidem naufragaverunt; sed (f) non in omnibus est scientia: (g) habentes igitur talem spem, multa fiducia

(e) Ibi: Qui enim contra fidem errat, perdit omnia quæ habet: item moritur, quia iustus ex fide vivit.

(f) Cor. 1. 8. (f) non in omnibus est scientia: (g) habentes igitur talem spem, multa fiducia

(f) Ibi: Sed non in omnibus, ut in infirmis est scientia hæc, & verè non est in omnibus.

(g) Cor. 2. 3. (g) habentes igitur talem spem, multa fiducia

(g) Sperat auctor, & fidei de scientia, & fide Quesnellianorum, quod à contumacia respiciant, & proinde eos de obedientia ad S. Sedem apertius commonere parat. Utinam feliciter,



EPISTOLA AD

Videatur Prologus.

(h)

Ibi: Ad marg. error in primis Christianis qui nunc renovatur per Lutheranos (Et nunc per Quesnell.)

Ibi: Quidam fideles in primitiva Ecclesia dicebant, terrenis potestatibus se subijci non debere. Ibi: Potestates autem sublimiores hic dicuntur homines in potestatibus constituti, quibus secundum iustitiae ordinem subijci debemus. Ibi:

Anima: vitur autem hoc modo loquendi, quia subiectionem superioribus debemus ex animo, idest ex pura voluntate. Ibi: a Deo: quidquid enim communiter de Deo, & creaturis dicitur, a Deo in creaturas derivatur: potestas autem de Deo, & de hominibus dicitur: unde consequens est, quod omnis humana potestas sit a Deo. Ibi ordinata sunt: cuius ratio est, quia Deus omnia per suam sapientiam

fecit: est autem proprium sapientiae, ordinatè omnia disponere: & idè oportet effectus divinos ordinatos esse. Ibi: Resistit: si enim potestas Principum in quantum talis est, a Deo est, & nihil est a Deo, sine ordine, consequens est, quod etiam ordo, quo inferiores potestatibus Superioribus subijciuntur, sit a Deo. Ibi: Dei ordinationi: resistere autem divinae ordinationi, contariatur honestati virtutis. Undè contra virtutem agit, quicumque potestati resistit, eo quod pertinet ad ordinem suae potestatis. Ibi: Resistunt: scilicet divinae ordinationi, sibi damnationem acquirunt: contra potestatis ordinem agendo: quod quidem potest intelligi: vno modo de damnatione aeterna, quam merentur, qui potestatibus subijci nolunt in eo, quod debent. In cuius exemplum Dathan, Abyron, qui Moysi, & Aaron resisterunt, sunt terra, abortivi. Alio modo potest intelligi de damnatione poenae, quae per ipsos Principes infertur.

Et tandem damnationem Sedis Apostolica, qui ei resistunt temere.

Ibi: Vis autem: quasi dicant, hoc debet homini esse placitum. 2. docer medium ad hoc perveniendi: dicens: bonum fac.

utimur. Omnis (h) anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas, nisi a Deo; quae autem sunt a Deo, ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: vis autem non

(h) Rom. 13

QUESNELLIANOS.

timere potestatem? Bonum fac: (i) haereticum hominem: devitas, quia subversus est, qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. (j) Devitans stultas:

(i) Thim. 3.

(j) Thim. 1.


H 2 tas:

Undè sciendum est, quod omnis haereticus est errans, & non è converso propter duo. Primo ex parte materiae, circa quam errat, puta si non est circa finem vitae humanae, vel circa id, quod ad fidem pertinet, & bonos mores. Talis enim sic errans, non est haereticus. Si verò erraret circa ea, quae sunt ad finem vitae humanae, semper est haereticus. Et dico finem vitae humanae, quia apud antiquos erant sectae, ponentes diversum finem, ut patet de Stoicis, & Epicureis. Vel fidem: & sic si aliquis diceret, Deum non esse trinum, & vnum: & fornicationem non esse peccatum, est haereticus. 2. ex parte electionis, quia eligens, si non est pertinax, sed est paratus corrigi secundum Ecclesiae determinationem; & sic non est ex malitia, sed ex ignorantia, non est haereticus. Hunc ergo devita propter periculum: item nec aliquis communicet peccatis eorum, ne videatur eis consentire: item propter poenam: vult tamen quod moneatur, & si non dimittit, tunc est haereticus, & vitandus, sic enim fit in Ecclesia in communicationibus: Et idè non est dimittendum, quousque videatur, si curari poterit, sed si non potest sanari, tunc est dimittendus.

Ibi: Proprio iudicio condemnatus. Quesnellio accommoda, qui propriam mentem secutus, & Ecclesiae iudicio non paratus, eius subivit condemnationem, & nec mori proximus respuit, unà ipsemet sibi iudicium dedit. Videas Prolog.

(j)

Ibi: Quod mala vitet, praecipue illa, quae sunt nata coquinare fidem; cuius ratio est, quia sicut Princeps secularis ponitur ad custodiendam unitatem regni; ita spiritualis ad servandam unitatem spiritualem. Pax autem regni consistit in iustitia, & idè ille ordinatur ad iustitiam; sed unitas Ecclesiae est in fide, & idè principaliter monet ad custodiam fidei.



(K)

Ibi: *Scultas* quantum ad materiam, quia sunt de stultis, idest de his, quæ contrariantur sapientiæ; idest de his, quæ sunt contra divinam sapientiam has non debet homo movere, sed eis resistere. Ibi: *sine disciplina*: quantum ad modum, quia clamoræ sunt, vel sine disciplina ex parte eorum, de quibus dubitatur, ut puta, sit veritas in dubium id, quod tota Ecclesia tenet... quæstiones autem in tantum sunt amandæ, in quantum ducunt ad veritatem, per hoc, quod oportet, quod omnes vnum dicant: quæstiones autem stultæ non ducunt ad veritatem, sed ad litem, quæ est vitanda.

(1) Ibi: Possit corrumpi fides per fallaciam, sicut etiam quælibet scientia; sed sicut dicitur. 1. Elench. fallacia quandoque fit ex voce, quandoque ex re... & sic fides aliquando corrumpitur per aliquas voces inordinatas, sicut dicit Hier. quod ex verbis inordinatè prolatis fit hæresis. Et ideò dicit: *profanas vocum, &c.* Profana novitas est, quando inducitur aliquid contra fidem; & dicitur novum ad id, quod est antiquum. Hoc fecit Nestorius quando dixit de Virg. M. Christo-tocos, ut inferret, quod non esset Mater Dei. Et ideò SS. PP. in Ephesino Concilio instituerunt, quod diceretur Theotocos. Quandoque verò corrumpitur per rationes reales sophisticas, & istud vitandum est, & dicit: *Falsi nom. scient.* quia non est vera scientia, sed apparens; scientia enim secundum propriam rationem non est, nisi verorum: impossibile autem est, quod verum sit verò contrarium, & ibi alia.

Ibi: Dictum est enim, quod benefaciendo, non timebis potestatem, si autem malefeceris, time, quia causam timoris habes. Ibi: *Vindex*: idest vindictam exercens *in iram*, idest ad exequendam iram Dei, idest iustum iudicium eius *ei, qui malum agit* idest, contra malefactorem. Ibi: Deindè cum dicit: *ideoque necessitate, &c.* infert conclusionem principaliter intentam, dicens, *ideoque* propter prædictas rationes subditi estote. Principibus ex necessitate, quia scilicet hoc est ex necessitate salutis, vel subditi estote voluntariè necessitati, quæ vobis imminet potentia Principum, ut faciatis de necessitate virtutem, *non solum propter iram*; idest vindictam vitandam, quod pertinet ad 2. rationem; *sed etiam propter conscientiam* bonam considerandam, quod pertinet ad 1. rationem; quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.

tas:: (K) & sine disciplina quæstiones:: quia generant lites: (1) profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes

(K) Thim. 2. 2. (1) Thim. 1. 6.

(m) Rom. 13

tentes, circa fidem exciderunt. Et (m) habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malum agit: ideò necessitate subditi estote, non solum propter iram; sed etiam propter conscientiam: de (n) quo nobis grandis sermo, & in interpretabilis ad dicendum quoniam imbecilles facti estis ad audiendum, & (o) vestra emulatio provocavit,

(n) Hebr. 5.

(o) Cor. 1. 9.

(n)

Ibi: Præparat animos auditorum ad sequentia, quæ dicenda sunt de Pontificatu. Ibi: *Grandis sermo*, quia de magnis. Ibi: *In interpretabilis*: quod potest dupliciter exponi, vel quod fiat ibi vis negationis *in interpretabilis*, id est non exponibilis, quia non potest ad perfectum exponi... alio modo affirmativè *in interpretabilis*, id est indigens interpretatione propter altitudinem, & magnitudinem, & profunditatem eius... indiget etiam, ut dicatur interpretatio eius propter tarditatem nostram.

Ibi: *Imbecilles*: illi, qui sunt debilis intellectus, non possunt alia intelligere, nisi eis exponatur per singula.

(o)

Ad fidem; quia fides ex auditu, id est ad impugnandum vos, & expugnandos errores vestros.

plu-



Ibi: dicit: Cum deberetis esse Magistri scilicet aliorum... rursum indigetis, quasi dicat: magis deberetis docere, quam doceri: tamen. Indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa, &c.

plurimos. Etenim (p) cum deberetis Magistri esse

(p) Habr. 5.

quæ r. traduntur in Grammatica, quando ponuntur ad litteras, ista vero sunt ipse litteræ. Exordia ergo sermonum Dei, & prima principia, & elementa sunt articuli fidei, &c. qui ergo diu studuisset in Theologia, & illa nesciret, tempus curreret contra ipsum, idè dicit: Indigetis, ut doceamini, quæ sint elementa, id est prima principia. Ibi: Facti estis, &c. ponit ad hoc similitudinem; sciendum est ergo, quod doctrina S. est sicut cibus animæ... Sacra ergo doctrina est cibus, & potus, quia animam potat, & satiat: aliæ enim scientiæ tantum illuminant intellectum; hæc autem illuminat animam... & etiam nutrit, & roborat animam. In cibo autem corporali est differentia: alio enim cibo utuntur pueri; & de facili convertibili; sed adulti utuntur cibo solidiori. Sic in Sacra Scriptura illi, qui de novo incipiunt, debent audire levia, quæ sunt, quasi lac; sed eruditi debent audire fortiora, & idè dicit: Quibus lacte, &c. scilicet sicut pueri... quod sequitur: non solido cibo: id est, alta doctrina, quæ est de arcanis, & secretis Dei, quæ confirmant, & confortant. Ibi: Ita dico, quod indigetis lacte sicut pueri: omnis enim, &c. id est omnis, qui indiget nutiri lacte, expers est, id est non potest habere partem in sermone iustitiæ perfecte intelligendis. Ibi: parvulus enim est: non quidem ætate, sed sentu. Ibi: perfectorum, &c. exponit illud, quod dixerat de cibo solido; hoc enim patet in corporalibus, quod quando homo pervenit ad ætatem perfectam, utitur fortiori, & nobiliori, & solidiori cibo; sic spiritualis, quando pervenit ad perfectionem spiritualem, debet ei proponi doctrina solidior. Ista autem perfectio duplex est. Vna est perfectio secundum intellectum, quando aliquis habet iudicium intellectus, ad rectè discernendum, & iudicandum de his, quæ sibi proponuntur. Alia est perfectio secundum affectum, quam facit charitas, quæ est, cum aliquis totaliter Deo inhaeret... est autem perfectio charitatis, ut dicit Aug. ubi nulla est cupiditas. Quanta enim quis magis ascendit in Deum, tanto plus contemnit temporalia... hoc enim habet sacræ Scripturæ doctrina, quod in ipsa non tantum traduntur speculanda, sicut in Geometria; sed etiam approbanda per affectum.. In alijs ergo scientijs sufficit, quod homo sit perfectus secundum intellectum: in istis vero requiritur; quod sit perfectus secundum intellectum, & affectum: loquenda sunt igitur alta mysteria perfectis. Vnusquisque enim secundum quod est dispositus, sic iudicat.. & idè dicit Philos. quod unusquisque qualis est, talis sibi finis videretur; & quia, quæ in S. Script. traduntur, pertinent ad affectum, & non tantum ad intellectum, idè oportet esse perfectum in utroque. Et idè Apot. volens ostendere, qui sint perfecti, quibus sit tradendus iste solidus cibus, dicit, quod sunt isti, qui pro sua cõtuetudine habent sensus exercitatos. Ibi: discernentem: tunc enim perfectus est, quando discernit inter bonum, & malum.


esse propter tempus: rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa Exordij Sermorum Dei: & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo; omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ; parvulus enim est: perfectorum autem est solidus cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali: ergo (q) inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis; ut (r) iam

(q) Ibi: Hoc quod sequitur: verum dicens, &c. potest estimari, ut signum odij, quod tamen est signum dilectionis, scilicet dicere verum, suo tamen loco, & tempore.

(r) Ibi: Conditio pueri est, quod non est fixus, vel determinatus in aliquo; sed credit omni verbo. Si ergo volumus exhibere nos, ut viros perfectos, oportet, quod deterramus cogitationem fluctuantem, id est instabilem. Et hoc est quod dicit: fluctuantes... Dicuntur autem fluctuantes à fluctu, quia tales admodum fluctus non sunt firmi in fide.. Nunc autem necesse est nos stabiles esse, & non fluctuare; & quia ventus est prava doctrina, de qua merito dicitur Prov. 25. Ventus Aquilo dissipat pluvias.. Idè dicit: & non circumferamur omni vento doctrinæ. Quasi dicat; nulla doctrina perversa perflante ad commotionem cordis, & ruinam spiritualis ædificij debemus moveri, quia non est bona doctrina, quod patet ex tribus. Primo ex eius principio, quod est nequitia hominum; idè non est bona doctrina, sed falsa, & nequam, quam dogmatizat: aliquis ad perditionem animarum, ut obtineat principatum, sicut doctrina Arii nequissimi, qui crepuit medius.. Item talis doctrina perversa est, quod patet: Secundo ex eius processu, qui est astutia, quia cum dolo, id est, vnum intendit, & aliud simulat.. Tertio patet hoc idem ex effectu; quia effectus talis doctrinæ est: ad circumventionem erroris: non addennarios, vel alia temporalia acquirenda; sed ad seminandos errores, seducunt, & circumveniunt: tales Doctores: de quibus dicitur: Mali homines, & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes. 2. Thim. 3. (quod supra nos dedimus.) Ibi. ad marginem hac nota: conditiones doctrinæ hereticorum..

(q) Galat. 4.

(r) Ephes. 4.



(f) Ibi: Idest non tantum fidem simplicem, sed intelligentiam eius quod in fide occultum est. *Mysterium enim idem est, quod occultum; quia ministri debent scire non tantum ea de fide, quæ, & populus intelligit; sed & mysteria, quia debent alios instruere. Item conscientiam puram; quia impurafacit, fide errare.*

(t)

Ibi: *O homo, qui es fragilis, & ignorans, tu quis, &c.* unde sufficis ad respondendum ei, si voluerit tecum iudicio contendere? In quo datur intelligi, quod homo non debet scrutari. Rationem divinorum iudiciorum cum intentione comprehendendi, eo quod excedant rationem humanam.

(u)

Ibi: Nec tantum Pontifex, sed etiam magnus.

(x)

Ibi: *Sacerdotem, &c.* qui scilicet nobis iniciavit viam... qui dicitur magnus, quia Sacerdotium eius non est tantum, super vnum populum; sed super domum Dei totam; scilicet Ecclesiam militantem.

(y)

Ibi: Quia ergo habemus hunc Pontificem, teneamus confessionem, id est, in hæreamus corde; quia ut dicitur Roman. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Hanc autem confessionem requirit à nobis. Pontifex Maximus.. quod confessio prout hic sumitur fit confessio fidei. Ibi: *non enim:* ne forte credatur, quod non possit aliquid agere præter id, quod exigit eius iustitia; ostendit, in ipso. Etiam esse misericordiam, & pietatem.

*iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris; (f) habentes mysterium fidei in conscientia pura. O (t) homo, tu quis es, ut respondeas Deo? (u) Habentes ergo Pontificem magnum; & (x) Sacerdotem magnum super domum Dei, (y) teneamus confessionem; non enim habemus Pontificem, qui non possit*

(f) Thim. 1. 3

(t) Rom. 9.

(u) Hebr. 4.

(x) Heb. 10.

(y) Hebr. 4.

COM-

*compati infirmitatibus nostris: omnis (z) namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum: qui (a) condolere possit ijs, qui ignorant, & errant; quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Unde (b) debuit per om-*

(z) Hebr. 5.

(a) Ibidem.

(b) Hebr. 2.

I (c) *nia*

Civitate, ita. Pontifex in his, quæ ad Deum, supple, ordinantur. sicut ergo illa, quæ pertinent ad Dei cultum, excedunt temporalia, ita dignitas Pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo Pontifices debent se implicare negotijs sæcularibus, prætermis his, quæ sunt ad Deum.

(a)

Ibi: Ostendit, quod ad usum Pontificis requiritur misericordia, & pietas. dicit ergo; dico quod debet esse in his, quæ ad Deum, tamen debet esse medius inter hominem & Deum. Sicut ergo per devotionem orationis debet tangere Deum tanquam vnum extremum, sic per misericordiam, & compassionem debet tangere alterum extremum scilicet hominem, & ideo dicit, *qui condolere possit...* duplex est autem defectus; quidam enim deficiunt ex ignorantia, & ideo dicit: *his qui ignorant:* est autem proprie ignorare, carere scientia eorum, quæ quis debet scire; quidam vero ex certa scientia, & quantum ad hoc dicit, *& errant;*

Ibi: Dicit, quod ita dictum est, quod habemus Pontificem magnum... debet etiam esse de numero hominum.. unde & Ecclesia ordinavit, quod, quando vtilis invenitur aliquis de Collegio, non eligatur extraneus... dicit autem *assumptus*, quia debet alios excellere.. & ideo Christus Ioan. ult. interrogat Petrum, quem volebat præficere, si diligeret ipsum plus alijs. Finis, & vtilitas est, quia *pro hominibus constituitur*, id est pro ipsorum utilitate. Non enim constituitur propter gloriam, non propter cumulandas divitias, nec propter consanguineos ditandos.. Materia dignitatis est, quia Pontifex principatur. Nam sicut principatur dux, vel rector in



Videtur ex ungue Leonem  
Ex Concilijs.

Antistes Pontificalissimus. Apostolica  
summaris Sexta Synodus.  
Apex Divinus: Basil. & Ephes. Conc.  
Apostolicus universalis Ecclesia, &  
Episcopus omnium Ecclesiarum

Chalcedi. Concil.  
Caput, & Princeps omnium Patriar-  
charum. Nicen. Concil.

Custos vineæ à Salvatore ipso deputa-  
tus. Chalced. Concil.

Dominus omnium Gentium.  
Nicen. Concil.

Gubernator Troni Apostolici  
Chalced. Concil.

Interpres vocis Beati Petri.  
Idem. Concil.

Iudex omnes iudicans, ipse à nemine  
iudicandus. Rom. Conc.

Tertius Beatus Synodus Tertia.  
Patriarchatus universalis Chalced. Conc.

Pontifex Summus Syn. 2. Constant.  
Primus Diaconus Chalced. Conc.

Rektor omnium Gentium Nic. 1. Conc.  
Servator aureæ fidei, catenæ præcepto

legislatoris ad nos usque adhaerens  
omnibus B. Petri vocis constitutus

Interpres Chalced. Conc.  
Tenens principatum sedis in Ecclesia

percunctum orbem patente.  
Syn. Sexta.

Vide apud Arslachin. t. 1. sup.

(f)

Ibi: Ut exhiberet, scilicet per fidem Ecclesiam gloriosam, quia gloria mag-

na est, sequi Dominum... rugam, id est duplicitatem intentionis, quan-

non habent, qui recte coniuncti sunt Christo, & Ecclesiae. Sed ma-

gis Sanctam per intentionem, & immaculatam per omnimodam pu-

ritatem.

nia fratribus assimi-  
lari, ut misericors  
fieret, & fidelis Pon-  
tifex ad Deum. Ta-  
lis (c) enim decebat,  
ut nobis esset Ponti-  
fex Sanctus, inno-  
cens, impollutus: nec  
(d) quisquam sum-  
mit sibi honorem, sed  
qui vocatur à Deo,  
tanquam Aaron. Ip-  
sum (e) dedit caput  
suprà omnem Eccle-  
siam, quæ est cor-  
pus ipsius: ut (f)  
exhiberet ipse sibi glo-  
riosam Ecclesiam, non ha-

(c) Hebr. 7.

(d) Hebr. 5.

(e) Ephes. 1.

(f) Ephes. 6.

habentem maculam, aut  
rugam, aut aliquid  
huiusmodi; sed, ut  
sit sancta, & im-  
maculata. (g) Intue-  
mini autem quantus sit  
hic: (h) oportet au-  
tem illum regnare, do-  
nec ponat omnes ini-  
micos sub pedibus eius;  
(i) sed non sicut de-  
lictum; ita & do-  
mum. (j) Talem ha-  
bemus Pontificem.

(g) Hebr. 7.

(h) Cor. 1.  
15.

(i) Rom. 5.

(j) Hebr. 6.

12 CAP.

Arbiter ligandorum, solvendorumque.  
Basis Fidei  
Caput Ecclesiae adamantis nat. firm. sup.  
Caput Fidei  
Custos Fidei  
Doctor suprem. Orb. terr.  
Firmam. à Deo fixum, & immob.  
Hares Apostolorum  
Iudex Cœli in terreno iudicio  
Petra Fidei  
Petrus potestate  
Sedis in qua semper extra maculam servata est Catholica Religio  
sedes vnde Religionis nostræ fons, & origo manavit. Episcopi Galliani ad Leonem

(g)

Ibi: Intuemini: id est diligenter con-  
sideratè. quantus, id est quam mag-  
næ dignitatis sit h.c.

Prærog. EX. PP. Pontif.  
Antistes Venerabilis Apost. sedis  
Aug.

Apostolatus Principatus cuilibet  
Episcopatu præferendus Idem.  
Firmamentum omnium Idem.

Fundamentum supra quod Ædifi-  
cij Ecclesiastici altitudo confur-  
git Idem.

Pater Christianæ plebis. Idem.  
Petra Ecclesiarum. Idem.  
Præsident Ecclesie totius Orb.  
terr. Idem.

Saxum immobile, &c. Idem.  
Vertex membr. omn. Ecclesie Idem  
Sacerdos summus. Hieron.

Potus cuiusdam. Cathol. Commu-  
nionis. Idem.  
Leo.

Christof.  
Idem.  
Greg.

Christolog.  
Damascen.  
Athanas.

Bernard.  
Hilar.  
Damasc.

Bernard.  
Iustin.



ARGUMENTVM

Orat tandem firmam Superioribus obedientiam, radicatum in Petra Ecclesie fidem, & omnium gloriosam pacem, imitando antiquos Ecclesie PP. olim in Gallijs Florentes, & removendo a fidelibus scandalum ipsis infidelibus bene visum, aut videndum, veniam laboris petit, securitatem, unionem, firmitatem, fidem, & sempiternam salutem deprecatur.

Hac, & alio apud eundem Arstlech. Ibi: Rogamus autem vos fratres, ut noveritis, id est recognoscatis beneficia eorum. noveritis, inquam, 1. ex parte eorum, quia maximum laborem ferunt pro vobis. Vnde dicit: laborant: pro bono vestro. 2. ex parte Dei, & ideo est habenda reverentia ad eos sicut ad Deum. Vnde dicit: prestant in Domino, id est Vice Domini. 3. ex parte vestra; quia sunt vobis utiles, unde dicit: monent vos: ut habeatis: Ideo secundo debetis eis charitatem abundantius, id est pre alijs. Et 3. pacem propter opus illorum... habere pacem propter opus correctionis, quod proprie spectat ad eorum officium.

Rogamus (a) autem vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & prestant vobis in Domino; & monent vos; ut habeatis illos abundantius in charitate

(a) Theol. 1.9

tate propter opus illorum: pacem habete cum eis. (b) Memento te Prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis, imitami fidem. Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in secula: doctrinis varijs: & peregrinis nolite ab-

(b) Hebr. 13

(b) Ibi: Id est Apostolorum qui vobis predicaverunt. non solum autem predicaverunt verbo; sed etiam facto ostenderunt... non solum memento verborum, sed etiam intuenti exitum... Sed non solum hoc imitemini, scilicet exitum, ut scilicet pro Christo patienter sustineatis, sed etiam conversationem; ad bonam enim mortem venitur per bonam conversationem. Imitamini etiam fidem illorum, ut ab illa non declinetis. Sequitur: Iesus C. heri, &c... iam enim dixerat, quod deberent imitari Apostolos: poterant dicere, quod non est simile, quia illi immediate instructi fuerunt a Christo, & servierunt sibi: nos autem non sic; & ideo dicit Apostolus, quod Christus manet, & ideo instruit nos ad serviendum sibi. Vnde dicit: heri. Scilicet in tempore primitivorum Apostolorum, & hodie

scilicet in tempore isto: ipsa, & in secula: in hoc ergo ostendit Apostolus aternitatem Christi. Ibi: Doctrinis: supra monuit Apostolus ad imitandum exempla, & conversationem eorum, qui decesserunt; hic monet ad instituendam doctrinam eorum... quasi diceret: ita dixi, quod debetis imitari fidem Apostolorum, ergo a doctrina ipsorum per quancunque aliam doctrinam, nolite abduci, id est removeri. Vbi sciendum est, quod cum veritas consistat in medio, cuius est unitas; & ideo vni verò multa falsa opponi possunt, sicut vni medio multa extrema. Doctrina ergo fidei una est, quia a puncto in punctum non convenit ducere, nisi unam rectam lineam. Omnes alie doctrinae multae sunt, quia a recto multis modis contingit deviare: & ideo dicit doctrinis varijs, id est divisis. hae sunt illae doctrinae, de quibus. 1. Thim. 4. (supra) Doctrinis Daemoniorum in hypocrisis loquentium mandatum. Item sunt peregrinae, scilicet a Fide Catholica; a nobis autem tales doctrinae non sunt sustinendae; quia non sumus hospites, & advena, sed sumus cives Sanctorum, & domestici Dei.



duci : obedite (c) Præpositis vestris, & subiacite eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis: (d) duplici honore habeantur,

(c) Ibi: Suprà monuit Apostolus, quomodo se debent habere ad Prælatos potentes; ut scilicet in fide ipsorum permancant; hic monet eos, qualiter se debeant habere ad viuentes. Vbi considerandum est, quod duo debemus Prælati, scilicet obedientiam, ut ipsorum mandata impleamus. item reverentiam, ut eos honorem tanquam Patrem, & ipsorum disciplinam toleremus; & ideo dicit: *subiacite eis*. rationem subiectionis subdit dicit: *ipsi enim pervigilant*: quare enim debeamus obedire, & subijci Prælati, hoc est ideo, quia incumbit eis labor, & periculum imminet. Unde quantum ad laborem solitudinis, qui eis incumbit de regimine subditorum, dicit, quod *ipsi pervigilant*, id est perfecte vigilant. quantum autem ad periculum, quod imminet, dicit: *quasi pro animabus*. hoc est enim maximum periculum, hominem de factis alterius ratione reddere, qui pro suis non sufficit. Si igitur pervigilant, quasi reddituri rationem pro nobis: & nos debemus, quod in nobis est facere; scilicet obedire, & non rebellare. *Ut ipsi cum gaudio hoc faciant, & non gementes*, id est sustineant periculum, & laborem pro nobis cum gaudio, & non cum gemitu; quia bonus Prælati multum gaudet, quando videt subditos bene operantes; quia tunc labor suus non est inanis. ipsi autem gemunt in rebellionem vestram. gemunt etiam compatiendo; quando propter rebellionem nostram non consequimur fructum laborum, qui est fructus æternæ hereditatis. Subdit autem rationem, quare debemus obedire eis; quia *hoc non expedit vobis*, quod ipsi gemant pro nobis ex rebellionem nostra. Deus enim vindicabis pro ipsis.

(d) Ibi: Isti duplici digni sunt honore; quorum vnus est in ministracione necessariorum. Item alius in exhibitione reverentiæ. sed *maximè*: præcipue hic honor est illis exhibendus, qui hoc merentur suo labore, scilicet qui laborant in verbo prædicationis. Item in doctrina, id est in eruditione. Ibi duplici honorare allusivè accommoda Prælati dignioribus, & Episcopis, qui, pro Ecclesia laborantes, meruerunt in eminentiori honore consisti.

(c) Ibidem.  
(d) Thim. 1. 3.

tur, maximè, qui laborant in verbo, & doctrina. (e) Vnusquisque autem videat quomodo super ædificet; fundamentum enim aliud nemò potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: si quis autem super ædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, (f) uniuscuiusque opus quale sic ignis probabit (g) Iam saturati estis: iam divites facti estis: sine nobis reg-

(e) Cor. 1. 3.  
(f) Ibidem.  
(g) Cor. 1. 4.

(c) Ibi: Idest diligenter attendat, quomodo super ædificet; id est, qualem doctrinam fidei fundans, in alijs superaddat, vel qualia opera fidei in se fundata habeat. duplex est fundamentum: emum quidem, quod per se habet soliditatem, sicut rupes, supra quam ædificium construitur, & huic fundamento Christus comparatur. aliud est fundamentum, quod habet soliditatem non ex se, sed ex alio solido subiecto, sicut lapides qui supponuntur petrae solidæ. & hoc modo dicuntur Apostoli esse fundamentum Ecclesiæ, quia ipsi superædificati sunt Christo per fidem, & charitatem. Ibi: *si quis*, hoc nam illi, qui fidei ab Apostolis fundatæ per suam doctrinam superædificant solidam veritatem, & claram sive manifestam, & ad ornamentum Ecclesiæ pertinentem, superædificant aurum, argentum, lapides pretiosos; illi vero, qui fidei ab Apostolis fundatæ superaddunt in doctrina sua aliqua inutilia, & quæ non sunt manifesta, nec veritatis ratione firmantur, sed sunt vana, & inania, superædificant lignum, fœnum, stipulam. qui verò falsitatem docerent, non superædificaret; sed magis subverteret fundamentum. Dicit ergo: *si quis superædificat*, vel operando, vel docendo super fundamentum hoc, id est super fidem formatam in corde, vel super fidem fundatam ab Apostolis, & prædicatam; aurum, argentum, &c. id est spiritualia opera, vel præclaram doctrinam, vel lignum fœnum, &c. id est corporalia opera, vel frivolam doctrinam.



EPISTOLA AD

<sup>(i)</sup> *Ibi*: in præcedentibus Apostolus increpavit seductos à Pseudo; hic vero consolatur persistentes in fide, & doctrina... Communia autem omnibus debent esse duo scil. ut idem sapiant, & idè dicit: *idem sapite*: & ut pacem habeant, & idè dicit: *pacem habete*, & hæc duo, ita se habent, quod vnum est exterius, aliud interius. Constat enim, quod corpora non possunt seruari, & ordinari, nisi membra ordinentur ad invicem: est autem duplex unio necessaria ad membra Ecclesie unienda. Vna est interior, ut scil. idem sapiant per fidem quantum ad intellectum, idem credendo, & per amorem quantum ad affectum, idem diligendo. Et idè dicit: *idem sapite*: id est idem sentiat de fide, & idem diligatis affectu charitatis, quia tunc est vera sapientia, quando operatio intellectus perficitur, & consumatur per quietationem, & delectationem affectus. Undè sapientia dicitur, quasi sapida scientia.. alia est exterior, scil. pax, & idè dicit: *pacem habete* inter vos... consequenter cum dicit: *Deus pacis*, &c. ponit præmium, quod redditur implentibus monitionem prædictam, q. d. Si servaveritis pacem inter vos, *Deus pacis*, & dilectionis erit vobiscum. Circa quod notandum est, quod apud Gentiles consuetum erat, quod aliqui ex donis denominabant Deos, quia licet esset vnus Deus tantum, tamen singula dona sua denominabant Deus ex illis donis, sicut ex dono pacis, denominabant Deum pacis: & ex dono salutis Deum salutis. S. huic vocabulo alludens Apostolus, dicit: *Deus pacis*: non quod pax sit vnus Deus sicut illi dicebant; sed idè Christus dicitur Deus pacis, quia est dator pacis, & amator.. Item non solùm est Deus pacis; sed etiam dilectionis, & idè dicit: *Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum*. Et hoc idè est, quia qui est in vera pace cordis, & corporis, est in charitate; & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

natis, & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus: <sup>(h)</sup> *capite nos. De* <sup>(i)</sup> *cætero, fratres...* <sup>(i)</sup> *idem sapite, pacem habete; & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. (j) Vnusquisque.. in quo vocatus est; in hoc permaneat apud Deum: sæ-*

<sup>(h)</sup> Cor. 2. 7.

<sup>(i)</sup> Cor. 2. 13.

<sup>(j)</sup> Cor. 1. 7.

<sup>(j)</sup> *Ibi*: Q. d. vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.. & sicut ait Ambr. quanto quis despectior est in hoc sæculo propter Dominum, tanto magis exaltabitur in futuro. Greg. quanto quis Deo pretiosior est, tanto propter eum vilior. Boet. cum omnis fortuna timenda sit, magis tamen prospera, quam adversa.

QUESNELLIANOS.

<sup>(K)</sup> Cor. 1. 6.

*cularia (K) igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, constituite ad iudicandum ad verecundiam vestram dico: sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Iam quidem omninò delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? tanta (1) pas-*

<sup>(K)</sup>

*Ibi*: Si habueritis inter vos sæcularia iudicia, quæ tamen habere non debetis, illos qui sunt contemptibiles in Ecclesia, constituite ad iudicandum potius scil. quam iudicemini apud infideles... sed hoc excludit... non hoc dixi, ut ita fiat, sed ut vos faciam, verecundari illa scil. confusione, quæ adducit gratiam, & gloriam... Contemptibiles enim in Ecclesia essent eligendi ad iudicandum, si non inventrentur inter vos sapientes, quod esset vobis verecundum, undè subdit: *Sic non est, &c.* potius autem, quam hoc faceretis, deberetis constituere contemptibiles, qui sunt in Ecclesia ad iudicandum, & supplendum defectum sapientum; qui tamen non est apud vos.. Vocat autem contemptibiles illos, qui sunt sapientes in rebus mundanis per comparationem ad illos, qui sunt sapientes in rebus divinis, quibus est reverentia exhibenda, qui in rebus temporalibus non occupantur, ut solis spiritualibus vacent; & hoc est, quod subditur: *ad verecundiam vestram*. Secundùm aliam litteram: ad reverentiam vestram.

*Ibi*: *Iam quidem, &c.* id est, ad delictum vobis reputatur, quod iudicia habetis inter vos, inter quos scil. debet esse pax.

*Ibi*: *Quare non magis*: tollit excusationem. Possent enim dicere: necessitas nos inducit ad iudicia habenda, ut scil. resistamus iniurijs, & fraudibus aliorum; sed hoc excludit, subdens quantum ad primum. *Quare non magis iniuriam accipitis.* (Si pro iniuria iustitiam reputatis) scil. patienter sustinendo... quantum verò ad secundum subdit: *Quare non magis fraudem patimini* (si pro fraude habetis definitam veritatem).

<sup>(1)</sup> Gal. 3.

**K** si



(m) *Ibi*: Reprehendit in eis id, quod est omnino illicitum. Et r. arguit in eis manifestam iniustitiam, cum dicit: sed vos scilicet manifeste loquendo contra iustitiam... 2. dolosam deceptionem, cum subdit, & fraudatis... 3. aggravat utrumque, cum subdit: & hoc fratribus, id est fidelibus, ad quos debemus bonum maxime operari. Secundum illud Gal. ultimum operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fideles: (de quo supra).

(n) *Ibi*: Exprimat autem inconueniens, quod sequitur, dicens: nunquid iniquus est Deus, qui infert iram... excludit autem consequenter hoc inconueniens, cum subdit: absit. Scilicet quod Deus sit iniquus. secundum hominem dico, id est, quod hæc verba protuli non ex meo sensu, sed ex hominis errantis sensu protuli. hoc autem non esse dicendum, ostendit, subdens: alioquin, &c. scilicet si Deus est iniquus, quomodo indicabit hunc mundum? id est, quomodo conveniet, quod ipse sit vniversalis, & supremus mundi iudex? oportet enim, quod est primum, & supremum in quolibet genere, esse infallibile, sicut primum mouens est immutabile... & simile argumentum ponitur Job 34. ubi dicitur: Verè Deus non condemnatur frustra.

(o) *Ibi*: Postquam Apostolus prohibuit humana iudicia, hic prohibet scandalum proximorum... Scandalum autem, sicut dicit Hieron. sup. Matth. nos offendiculum, vel ruinarum, quam impactioem pedis possumus dicere. Unde scandalum est factum, vel dictum minus rectum præbens alicui occasionem ruinae, ad similitudinem lapidis, ad quem in via positum, homo impingit, & cadit. Maius autem aliquid videtur esse scandalum, quam offendiculum. Nam offendiculum potest esse, quidquid retinet, seu retardat motum procedentis: scandalum autem, id est impactio, videtur esse, cum aliquis disponitur ad casum: non ergo debemus fratri ponere offendiculum, ut aliquid faciamus, unde in pediatum proximus à via iustitiæ, neque etiam debemus fratri ponere scandalum, aliquid faciendo, unde ipse inclinatur ad peccatum.

si estis sine causa? sed (m) vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. (n) Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? (secundum hominem dico) absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? sed (o) hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri,

(m) Cor. 1. 6.

(n) Rom. 3.

(o) Rom. 14.

fratri, vel scandalum; (p) infirmum autem in fide assumite; non in disceptationibus cogitationum: (q) corripite inquietos, (r) Deus det illis penitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. (s) Rogo autem vos, fratres, ut sufferatis verbum solatiij: etenim per paucis scriptis vobis: (t) ad cognoscendam fidem vestram: ne forte tentaverit vos is qui tentat, & inanis fiat

(p) Ibidem.

(q) Thef. 1. 5

(r) Thim. 2. 2.

(s) Hebr. 13

(t) Thef. 1. 3.

(p) *Ibi*: Ostendit, quod non debent eos scandalizare, vel iudicare: assumite, &c. id est affectu charitatis vobis coniungite ad supportandum infirmum in fide, vocat infirmos in fide Christi, quasi nondum perfecte credentes.

(r) *Ibi*: Deos aliquando det eis penitentiam, quia ex superbia resistunt, quibus difficile videtur dari penitentiam... fructus verò penitentiae duplex est, scilicet cognitio veritatis, & liberatio à potestate Diaboli. Quantum ad primum dicitur: ad cognoscendam veritatem, quia quando ex malitia resistitur veritati, ipsa malitia sua exerceat eos: quando ergo malitia auferatur, cognoscunt veritatem. quantum ad secundum dicitur: & respiciant, &c. id est ab occasionibus errorum ex parte intellectus, sicut fallæ fantasia, & ex parte affectus, sicut sunt invidia, superbia, & huiusmodi. *Ibi*: ipsius voluntatem, id est tentandam.

(s) *Ibi*: Rogo autem, &c. id est patienter portetis verba Epistolæ huius, in qua etsi in aliquo vos reprehendi, totum est ad consolationem vestram... & quare debent patienter portare, ostendit dicens, quia per paucis, id est valde paucis scripsi vobis... Sermones autem breues valde accepti sunt; quia si sunt boni, inde avidius audiuntur; si verò mali, parum gravant.

(t) *Ibi*, qualiter sc. effectis fortes in fide. *Ibi*: Is, qui tentat scilicet Diabolus.



EPISTOLA AD

(u) Ibi: Id est, ut vestra conversatio esset talis, qualis decet ministros Christi.

Ibi: *Suum regnum: a commoda sine dispendio primarij sensus Galliarum Regno: suum, dicam, quia Christianissimum: cum alibi potuerit vos reliquisse, nec vocasse ab infidelitatis caligine.*

(x) Ibi: Scilicet Pseudo Apostolis, qui sunt importuni in disputando, mali in seducendo: vel a persecutoribus, qui cogitaverunt iniquitatem in corde; & ratio petitionis est, quia omnium non est fides, quia licet videantur habere eam, non tamen habent veram.

(y) Ibi: A Pseudo, seu a vobis, tanquam terrere vos, vel timorem vobis in cutere per Epistolas nostras, quas vobis mittimus... & hoc ideo est, quoniam ipsi scilicet Pseudo inquitunt, Epistola, id est Pauli, graves sunt, id est dure, & graviter punientes, & fortes id est absque timore; sed presentia non talis, imò infirma, id est debilis, & humilis... & exortatio contemptibilis: quod respondet ei, quod dicitur graves.

Ibi: *Qui eiusmodi est;* id est, qui talia dicit, de nobis cogitet, id est sciat certe, quod, *quales sumus, &c.* id est tales erimus presentes. *quales sumus* per Epistolam absentes, si necesse fuerit.

labor noster: (u) ut ambuletis dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum; & (x) ut liberemur ab importunis, & malis hominibus. Ut (y) autem non existimer, tanquam terrere vos per Epistolas, quoniam quidem Epistola, ut inquitunt, graves sunt, & fortes; presentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis: hoc cogitet, qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per Epistolas, tales, & presentes in facto:

(u) Theol. 1. 2.

(x) Theol. 2. 3.

(y) Cor. 2. 10.

Par-

QUESNELLIANOS.

(z) Parco (z) autem, nè quis me existimet supra id, quod videt in me; aut aliquid audit ex me: & (a) ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: cum

(b) Ibidem. (b) enim sit inter vos zelus, & contentio; non nè carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Rogamus (c) autem vos, fratres, per adventum Dom. Nost. Iesu Christi, & nostrae congregationis in ipsum, (d) subditos

(c) Theol. 2. 2. (d) Tit. 3.

(z) Ibi: Parco: vobis commendando me, nolens esse onerosus vobis... parco: id est non glorior: & quare? nè quis existimet me commendare, vel gloriari. *Supra id, &c.* vel aliter: homo dupliciter cognoscitur, per conversationem, & doctrinam suam: Apostolus autem nolebat aliqua de se dicere, (accommoda) licet posset. Et ideo: parco autem, ne quis existimet me supra id, quod videt de conversatione mea exteriori; aut audit aliquid ex me, id est ex doctrina prædicationis, & exortationis, & instructionis meae.

(a) Ibi: Quod à principio perfectam doctrinam capere non poteratis; non mirum fuit... sed hoc videtur esse culpabile, quod post tantum tempus, in quo proficere debuistis, eandem impotentiam retinetis.

(b) Ibi: Zelus, & contentio non habet locum, nisi in carnalibus hominibus.

(c) Ibi: Hic annunciat futura quantum ad pericula Ecclesiae... Inducit autem ex tribus, scilicet proprijs precibus: Ibi *Rogamus*, non præceptis.. 2. ex adventu Christi, desiderabili bonis, licet terribili malis... 3. ex desiderio, & amore totius congregationis Sanctorum.

(d) Ibi: Hæc monitio necessaria est ad tollendum errorem circa Iudeos, qui dicunt, non esse obediendum mandatis hominum. 2. ut nullam inquietudinem facerent in Ecclesia. 3. quia tenentur ad obedientiam iussionis.. & dixit: *dicto obedire;* id est ad solum verbum Præsidis.



EPISTOLA AD

tos esse, dicto obedi-  
re, ad omne opus  
bonum paratos esse:  
neminem blasphema-  
re: non litigiosos es-  
se, ut (e) non ci-  
to moveamini a ves-  
tro sensu; neque ter-  
reamini, neque per  
spiritum; neque per  
Sermonem; neque per  
Epistolam tanquam per  
nos missam; quo-  
niam (f) etsi contris-  
tavi vos in Episto-  
la,

Ib: Est autem aliud moveri; aliud  
excitari. Moveretur autem à tuo len-  
tu, qui pratermittit, quod tenebat:  
q. d. non cito dimittatis doctrinam  
meam... terror autem est quedam  
trepidatio cum formidine contra-  
rij... cum enim sit timida requiritia  
dat testimonium condemnationi.  
Ibi: spiritum, id est, si quis dicat,  
sibi revelatum per Sp. S. vel à Sp.  
S. aliquid, quod est contra do-  
ctrinam meam. Non terreamini...  
Ezeq. 13. Va Prophetis insipienti-  
bus, qui sequuntur spiritum suum,  
& nihil vident... per ratiocina-  
tionem, vel falsam expositionem  
Scripturæ, idè dicit: neque per  
sermonem... 3. per auctoritatem  
inductam male intellectu. 2. Pe-  
tri vlt. Sicut charissimus frater nos-  
ter Paulus secundum sibi datam sa-  
pientiam scripsit vobis, sicut in om-  
nibus Epistolis, loquens in eis de his,  
in quibus sunt quedam difficilia in-  
tellectu, que indocti, & instabiles de-  
pravant, sicut, & ceteras Scriptu-  
ras.

Ibi: Incertus erat Apostolus, quem eventum deberet habere illa tristitia,  
bonum scilicet an malum. Et idè dubitans pœnituit; sed videns post  
modum, quod bonum indè provenerat, (vinam, & hic) gaudebat: idè  
dicit: etsi contristavi, &c. vos increpando; non me pœnitet modo; quia  
correcti estis: etsi olim pœniteret, quando scilicet eram incertus, vtrum  
tristitia induceret vos ad correctionem, vel desperationem, videns quod  
Epistola... vos contristavit, nunc gaudeo, quia estis conversi. Et ratio-  
nem gaudij assignat; quia non gaudio de hoc, quia. Contristati estis: sed  
de effectu, scilicet de correctione; quia scilicet, contristari estis non ad despe-  
rationem; sed ad pœnitentiam; sicut medicus non gaudet de amaritudine  
; sed de effectu scilicet de sanitate.

QUESNELLIANOS.

(g) la, (g) ministrata à  
Cor. 2. 3. nobis, & scripta  
non attramento, sed  
(h) spiritu Dei vivi, (h)  
Cor. 2. 7. non me pœnitet: etsi  
pœnitèret, videns, quod  
Epistola.. vos contris-  
tavit, nunc gaudio,  
non quia contristati  
estis, sed quia con-  
tristati estis ad pœni-  
tentiam; contristati  
enim estis secundum  
Deum, ut in nullo  
detrimentum patiami-  
ni ex nobis; quæ enim  
secundum Deum tris-  
titia est, pœniten-  
tiam in salutem stabi-  
lem operatur, (i) ita-  
que, qui hæc spernit,  
non hominem spernit;  
sed

(g) Ibi: Non attramento: id est non  
ad mixta erroribus, sicut Pseudo:  
non mutabilis, & imperfecta..  
nam attramentum nigrum est, per  
quod intelligitur error, & debili-  
le, per quod intelligitur mutabili-  
tas... Sed Spir. &c. id est Spiritu S.  
quo vivitis, & quo docente, inf-  
tructi estis.

Et quia hæc non erroribus meis, sed  
sacris Pauli sententijs constat est.  
Ibi: Vt in nullo, &c. quia non so-  
lum bona, & grata, quæ vobis in-  
pendimus, vobis profunt; sed  
etiam hoc ipsum, quod vos corri-  
gimus, & contristamus. Ibi: Quæ  
enim, &c. Dico, quod tristitia nos-  
tra non fuit vobis detrimentam,  
quia tristitia, quæ est secundum  
Deum operatur pœnitentiam; pœ-  
nitentiam autem dico in salutem  
stabilem: id est sempiternam.

(i) Ibi: Qui hæc agit, iniuriam facit  
Spiritui Sancto.

(e) Thel. 2. 2

(f) Cor. 2. 7

(i) Thel. 1. 4



(j) *sed Deum ; (j) prop- ter*

Ibi: Scil. quia disciplina affert fructum pacatissimum ; ideo ut vos hunc fructum percipere possitis, erigite manus remissas. Manus enim, cum sit organum organorum, remissa dicitur, quando vacat à bonis operibus ; & ideo erigenda est per rectam intentionem, ad operandum, quæ Deo placent. Ibi, *genua* in genibus totum pondus corporis sustentatur. Habent ergo genua dissoluta, qui non habent fortitudinem fortiter tolerandi adversa: hæc ergo remissio abijcienda est... manus ergo, & genua erigite, ut nec otio torpeatis, nec hesitare debeatis. Ibi: *Gressus rectos*... rectum enim dicitur, cuius medium non exit ab extremis, id est cuius operatio non recedit ab intentione, & sine debito. Triplex autem est obliquitas, scil. in affectu, in operatione, & intellectu. Ista tres monet declinare. Ex affectione autem iniqua, sequitur obliquitas in intellectu, & depravatio in affectu: & ideo quantum ad 1. quod est aliorum radix: dicit: *facite gressus rectos pedibus vestris*: id est rectas affectiones; sicut enim pedes portant corpus, ita mentem portant affectiones. Recti ergo pedes sunt affectiones rectæ.

Ibi: *Gratie Dei*: gratia enim etsi non habeatur ex meritis, alioquin gratia non esset gratia, tamen oportet, quod homo faciat, quod in se est. Deus autem voluntate sua liberalissima dat eam omni præparanti se. Apoc. 3. *Ecco stô ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum.* 1. Thim. 2. *qui vult omnes homines salvos fieri.* Et ideo gratia Dei nulli deest, sed omnibus, quantum in se est, se communicat; sicut nec Sol deest oculis cæcis. Dicit ergo: *Contemplante*, ne quis desit gratia Dei: id contra, quia si gratia non datur ex operibus, sed tamen ex hoc, quod aliquis non ponit obstaculum: ergo habere gratiam dependet ex solo libero arbitrio; & non ex electione Dei, quod est error Pelagij. Respondeo, dicendum est, quod hoc ipsum, quod aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedit. Unde si aliquis ponat, & tamen moveatur cor eius ad removendum illud, hoc est ex dono gratiæ Dei vocantis per misericordiam suam. Gal. 1. *Cum autem placuerit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, &c.* hoc autem donum gratiæ non est gratum faciens. Quod ergo à quibusdam removetur istud obstaculum, hoc est ex misericordia Dei; quod autem non removetur hoc est ex iustitia eius.

Opportunum sanè testimonium, quo dilucide, & vel uno verbo profligantur aliqua ex damnatis in Bulla propositionibus, quales à 1. usque ad ad 25. & generatim omnes illæ, quæ peccatoris ita exaggerant imbecillitatem, ut dicant ad omne bonum impotentem, ut potè omni gratia careant: Ibi: gratia Dei nulli deest, & ibi: dat eam omni præparanti se: & infra hæc præparatio tribuitur etiam gratia contra Pelagium. Unde peccator potest orare, & præparari, & hoc gratia danti posse: similiter enervantur omnes illæ, quæ efficacem gratiam ita praticant, ut se sola sine alia precedenti sit principium, & finis boni operis, etsi ita esset, nunquam removeri posset: quod falsificat D. Th. dicendo, quod à quibusdam removetur obstaculum, hoc ex gratia, à quibusdam non, hoc ex iustitia, verum potuit ex gratia sufficere, quæ nulli deest, sicut nec Sol deest oculis cæcis, ut Sole Sol clarior loquitur. Dicit. Angelicus.

(a) *ter quod remissas manus, & soluta genua erigite; & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret; magis autem sanetur: pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum; contemplantes, nè quis desit gratiæ Dei: nè qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam in-*

(K) *Cor. 2. 5. quinentur multi: (K) Obsecramus pro Christo:*

(1) *reconciliamini Deo; (1) empti enim estis*

(1) *Cor. 1. 6. pretio magno: (m) sine*

(m) *Cor. 1. 10. offensione estote... Ec-*

*L cle-*

(K) Ibi: Obsecramus, inquam, pro Christo: id est propter amorem Christi: reconciliamini Deo.

(1) Ibi: Empti enim, &c. & ideo servi estis eius, qui vos redemit de servitute peccati.

(m) Ibi: Dicit, ergo: sine offensione, q. d. ut omnia in gloriam Dei fiant, sine offensione estote Ecclesia Dei, quantum ad infirmos in fide, qui inde offenduntur.

Universitas de Deo

EPISTOLA AD

(n) Ibi: Glorificantes, scilicet fideles, in obedientia confessionis vestrae, id est de confessione fidei vestre, quam confitemini, & creditis in Christum. (o) Præterijt fama, scientia, & doctrina P. Pasch. Quæ snell. sic præteribit, & obstruam an: esignans ille respisere nequit, quippe præterijt: respisicite vos, dum tempus habetis, quippe omnia præteribunt, ut figura, & in futuro seculo non dabitur vobis appellatio: redimite, quaeso, tempus. (q) Ibi: Materia gratiarum actionis dicitur esse duplex beneficium, quod nobis contulit Deus. Primum est Ecclesie institutio. Secundum est filij incarnatio. Dicit ergo: ipsi, scilicet Deo Patri, gloria, sit supple. in Ecclesia, id est pro his, qua fecit in Ecclesia, quam instituit quoad primum in Christo, id est per Christum, vel pro Christo, quem nobis dedit. Ipsi, inquam, sit gloria, ut gloriosus appareat, non solum in presenti, sed in omnes generationes seculi: seculorum. (r) Ibi: Ostendit auctoritatem sue sententiae multam esse, eo quod non solum in pervertores, & in ledutores subditos, sed etiam in pares, sicut sunt alij Apostoli, & etiam in superiores, sicut sunt Angeli, si huius criminis: rei essent, efficaciam haberet. Et ideo dicit: qui nostrae sententiae auctoritas, quam ego promulgo quæ est excommunicatio non solum in illos, qui talia intendunt, efficaciam habet, sed licet nos, scilicet Apostoli demus Quæ snellij cultoribus, ut conclamant, fuisse Doctum, fuisse Sanctum, fuisse Apostolum, fuisse, præcisus errore, & renatitate, Angelum) aut Angelus bonus, vel malus de Cælo veniens Evangelicet, præterquam quod Evangelizatum est à nobis, Anathema sit, id est reus erit huius sententiae, quam promulgamus. Ad evidentiam autem dictorum, tria inquirere oportet. 1. quid significat hoc nomen: Anathema. Circa quod sciendum est, quod Anathema est nomen græcum, & conponitur ab Ana, quod est sursum & Thesis positio, quasi sursum positio: & est ortum ex quadam antiqua consuetudine. Antiqui enim quando pugnabant, capiebant aliquando aliquam prædam ab hostibus, quam volebant convertere in usum proprium, sed suspendebant illam in Templis, vel in aliquo loco publico Civitatis, quasi separatam à communi usu hominum, & omne tale sic suspensum nominabant Græci Anathema: & ex hoc inolevit consuetudo, quod omne illud, quod excluderetur ab usu communi, diceretur anathematizatum, & ideo etiam hoc in Ecclesia inolevit,

clesia Dei: (n) glorificantes Deum in obedientia confessionis vestrae; (o) præterit enim figura huius mundi: (p) glorificate, & portate Deum in corpore vestro: (q) ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum: (r) sed licet

(n) Cor. 2. 9.

(o) Cor. 1. 7.

(p) Cor. 1. 6.

(q) Eph. 3.

(r) Galat. 1.

nos,

QUESNELLIANOS.

nos, aut Angelus de Cælo Evangelizet vobis, præterquam quod Evangelizavimus vobis. Anathema sit. (f) Salutate omnes Præpositos vestros.. Salutate vos de Hispania \* fratres, gratia

(f) Hebr. 13.

ITALIA.

L2 cum

olest, ut illi qui excluduntur à communi societate Ecclesie, & à participatione Sacramentorum Ecclesie, dicantur anathematizati. 2. inquirenda est ratio eorum, quæ dicit: licet nos, aut Angelus, &c. ubi sciendum est quod est triplex doctrina. 1. est Philosophorum, qui ex ductu rationis proprie in cognitionem sue doctrine devenerunt. Quædam alia doctrina est quæ est tradita per Angelos, sicut lex verus. quædam verò doctrina tradita est à Deo immediate, sicut doctrina Evangelij. doctrina ergo, quæ traditur per hominem, potest mutari, & revocari per alium hominem, qui melius novit, sicut vnus Philosophus reprobat dicta alterius. Item per Angelum, qui perpicacius videt veritatem. Doctrina etiam, quæ traditur per Angelum, posset fortè removeri per alium Angelum superiorem, seu per Deum. 3. solvere oportet obiectiones, quæ circa hoc occurrunt. Quarum vna est, cum par in par non habeat imperium, & multo magis non habeat in superiorem, videtur quod Apostolus non potuit excommunicare Apostolos, qui erant sibi pares; & minus Angelos, qui sunt superiores. non est ergo anathema per hoc. Ad hoc dicendum est quod Apostolus protulit hanc sententiam, non propria auctoritate sed auctoritate Evangelicæ doctrine, cuius minister erat, cuius doctrine auctoritas habet, ut quicunque contra illam dicunt, excludendi, & repellendi sunt. Alia questio est, quia ipse dicit præterquam quod Evangelizatum est. Ergo non debet aliquis docere, neque prædicare, nisi quod scribitur in Epistolis, & in Evangelio. Respondeo, dicendum, quod nihil aliud Evangelizandum est, quam illud, quod continetur in Evangelij, & in Epistolis, & in Sac. Scriptura implicite, vel explicitè. Nam Sac. Scriptura, & Evangelium Evangelizat, esse credendum Christo explicitè. Undè quicquid continetur in eis implicite, quod facit ad doctrinam eius, & ad fidem Christi, Evangelizari, & doceri potest. Et ideo cum dicit: præter id, &c. id est omnino alienum addendo... consequenter cum dicit: sicut prædixi, &c. sententiam suam præfert in malo, dicens: sicut prædixi de Angelis, idem dico de seductoribus: Si quis seductor Evangelizaverit anathema sit, id est excommunicatus. Et hæc est sententia, quam profert. Sed nunquid ex hoc sunt excommunicati omnes hæretici. Respond. dicendum est, quod hæreticus potest dici aliquis; vel quia simpliciter errat ex ignorantia, & ex hoc non est excommunicatus. Vel quia errat ex pertinacia, & alios nititur pervertere, (nota Quæ snellij) & tunc incurrit in canonem latæ sententiæ. Vtrum autem ex tunc his verbis sententiam in hæreticos protulerit, dubium est, cum tamen

sen.

Universidad de Deu  
84  
sententia iam lata sit contra here-  
ticos in Conciliis. Potest tamen di-  
ci, quod forte hic ostendantur, ex-  
communicatione digni.  
EXPLICIT GLOSSA DOCT.  
Angelici.

EPISTOLA AD

cum omnibus vobis: (t) (r)  
pax fratribus, & cha- Ephes. 6.  
ritas cum Fide (u) (u)  
Amen. Hebr. 13

Sub umbra, & tu-  
ba Pauli. Salutem  
vobis optat, & ve-  
ram Patri Patrum  
obedientiam, &  
fidem.

D. EMMANUEL  
GARCIA PEREZ.

Hispanus,

Clementissima Petri Cathedra

H. & O.

F.

DE



DELEANTUR

DE LIBRO VIVENTIUM,

& cum iustis non scribantur.

Psalms. 68. vers. 29.

PROPOSITIONES DAMNATÆ

A SS. D. N.

CLEMENTE D. P. PP. XI.

IN CLEMENT. CONSTITUTIONE

VNIGENITVS.

ANNO SALUTIS M. DCC. XIII.

Sessionis eius XIII.

QUID aliud remanet anima, que Deum,  
atque ipsius gratiam amisit; nisi pec-  
catum, & peccati consecutiones, su-  
perba paupertas, & segnis indigentia, hoc est generalis  
impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus  
bonum?

2. Iesu-Christi gratia, principium efficax bo-  
ni



ni cuiuscumque generis, necessaria est ad omne opus bonum; absque illa, non solum nihil fit, sed nec fieri potest.

3. In vanum Domine precipis, si tu ipse non das, quod precipis.

4. Ita Domine; omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo.

5. Quando Deus non emollit cor per interiorum vntionem gratie sue, exhortationes, & gratie exteriores non inserviunt, nisi ad illud magis obdurandum.

6. Discrimen inter fœdus Iudaicum, & Christianum est, quod in illo Deus exigit fugam peccati, & implementum legis à peccatore, relinquendo illum in sua impotentia: in isto vero Deus peccatori dat, quod iubet, illum sua gratia purificando.

7. Quæ utilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus illum reliquit eius propriae infirmitati, imponendo ipsi suam legem? Quæ verò fœlicitas non est admitti ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit à nobis.

8. Nos non pertinemus ad novum fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius novæ gratie, quæ operatur in nobis id, quod Deus nobis precipit.

9. Gratia Christi est gratia suprema, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, & cum qua nunquam illum abnegamus.

10. Gratia est operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare.

11. Gratia non est aliud, quam voluntas Omnipotentis Dei iubentis, & facientis, quod iubet.

12. Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore, quocumque loco effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.

13. Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratie sue manu, nulla voluntas humana ei resistit.

14. Quantumcumque remotus à salute sit peccator obstinatus, quando Iesus se ei videndum exhibet lumine salutari sue gratie, oportet, vt se dedat, accurrat, se se humiliet, & adoret Salvatorem suum.

15. Quando Deus mandatum suum, & suam æternam locutionem comitatur vntione sui spiritus, & interiori vi gratie sue, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.

16. Nulla sunt illecebra, quæ non cedant illecebris gratie, quia nihil resistit Omnipotenti.

17. Gratia est vox illa Patris, quæ homines interiorius docet, ac eos venire facit ad Iesum-Christum; quicumque ad eum non venit postquam audivit vocem exteriorem Filij, nullatenus est doctus à Patre.

18. Semen verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.

19. Dei gratia nihil aliud est, quam eius Omnipotens voluntas: hæc est idea, quam Deus ipse nobis tradidit in omnibus suis Scripturis.



20. Vera gratiæ idea est, quod Deus vult sibi à nobis obediri, & obeditur; imperat, & omnia fiunt; loquitur tamquam dominus, & omnia sibi submissa sunt.

21. Gratia Iesu-Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, vtpote quæ est operatio voluntatis Omnipotentis, sequela, & imitatio operationis Dei incarnantis, & resuscitantis Filium suum.

22. Concordia Omnipotentis operationis Dei in corde hominis, cum libero ipsius voluntatis consensu, demonstratur illicò nobis in Incarnatione, veluti in fonte, atque archetypo omnium aliarum operationum misericordiæ, & gratiæ, quæ omnes ita gratuitæ, atque ita dependentes à Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio.

23. Deus ipse nobis ideam traddidit Omnipotentis operationis suæ gratiæ, eam significans per illam, qua creaturas è nihilo producit, & mortuis reddit vitam.

24. Iusta idea, quam Centurio habet de Omnipotentia Dei, & Iesu-Christi, in sanandis corporibus solo motu suæ voluntatis, est imago ideæ, quæ haberi debet de Omnipotentia suæ gratiæ in sanandis animabus à cupiditate.

25. Deus illuminat animam, & eam sanat æquè ac corpus sola sua voluntate; iubet, & ipsi obtemperatur.

26. Nullæ dantur gratiæ, nisi per fidem.

27. Fi-

27. Fides est primâ gratia, & fons omnium aliarum.

28. Prima gratia, quam Deus concedit peccatori, est peccatorum remissio.

29. Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia.

30. Omnes, quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter.

31. Desideria Christi semper habent suum effectum, pacem intimo cordium infert, quando eis illam optat.

32. Iesus Christus se mortui traddidit ad liberandum pro semper suo sanguine primogenitos, idest electos, de manu Angeli exterminatoris.

33. Proh, quantum oportet bonis terrenis, & sibi metipsi renuntiassè, ad hoc vt quis fiduciam habeat sibi, vt ita dicam, appropriandi Christum Iesum, eius amorem, mortem, & mysteria, vt facit Sanct. Paulus dicens: qui dilexit me, & traddidit semetipsum pro me.

34. Gratia Adami non producebat, nisi merita humana.

35. Gratia Adami est sequela creationis, & erat debita nature sanæ, & integræ.

36. Differentia essentialis inter gratiam Adami, & status innocentie, ac gratiam Christianam est, quod primam vnusquisque in propria persona recepisset; ista verò non recipitur, nisi in persona Christi resuscitati, cui nos vniti sumus.

M

37. Gra-



90  
37. Gratia Adami, sanctificando illum in se-  
metipso, erat illi proportionata: gratia Christiana, nos  
sanctificando, in Iesu-Christo, est Omnipotens, & dig-  
na Filia Dei.

38. Peccator non est liber, nisi ad malum, sine  
gratia liberatoris.

39. Voluntas, quam gratia non praevenit, ni-  
hil habet luminis, nisi ad aberrandum; ardoris, nisi  
ad se precipitandum; virum, nisi ad se vulnerandum;  
est capax omnis mali; & incapax ad omne bo-  
num.

40. Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nos-  
tram condemnationem.

41. Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam  
in Philosophis Ethnicis, non potest venire, nisi à Deo; &  
sine gratia non producit, nisi praesumptionem, vani-  
tatem, & oppositionem ad ipsum Deum, loco affectuum  
adorationis, gratitudinis, & amoris.

42. Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad  
sacrificium fidei; sine hoc, nihil, nisi impuritas; nihil, ni-  
si indignitas.

43. Primus effectus gratiae baptismalis, est face-  
re, ut moriamur peccato; aded ut spiritus, cor, sensus  
non habeant plus vitae pro peccato, quam homo mortuus  
habeat pro rebus mundi.

44. Non sunt, nisi duo amores, unde volitiones,  
& actiones omnes nostrae nascuntur; amor Dei, qui om-  
nia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur; &

amor,

amor, quo nos ipsos, ac mundum diligimus, qui, quod  
ad Deum referendum est, non refert, & propter hoc ip-  
sum fit malus.

45. Amore Dei in corde peccatorum non amplius  
regnante, necessè est, ut in eo carnalis regnet cupiditas,  
omnesque actiones eius corrumpat.

46. Cupiditas, aut charitas vsus sensuum bonum,  
vel malum faciunt.

47. Obedientia legis profluere debet ex fonte, & hic  
fons est charitas. Quando Dei amor est illius princi-  
pium interius, & Dei gloria eius finis, tunc purum est,  
quod apparet exterius; alioquin non est, nisi hypocrisis,  
aut falsa iustitia.

48. Quid aliud esse possumus, nisi tenebra, nisi ab-  
erratio, & nisi peccatum, sine fidei lumine, sine Christo,  
& sine charitate.

49. Ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita  
nullum est opus bonum sine amore Dei.

50. Frustra clamamus ad Deum: Pater mi, si spi-  
ritus charitatis non est ille, qui clamat.

51. Fides iustificat, quando operatur; sed ipsa non  
operatur, nisi per charitatem.

52. Omnia alia salutis media continentur in fide,  
tanquam in suo germine, & semine; sed haec fides non est  
absque amore, & fiducia.

53. Sola charitas christiano modo facit actiones  
christianas per relationem ad Deum, & Iesum-Christum.

54. Sola charitas est, quae Deo loquitur, eam solum Deus audit.

55. Deus non coronat nisi charitatem; qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo in vanum currit.

56. Deus non remunerat, nisi charitatem, quoniam charitas sola Deum honorat.

57. Totum deest peccatori, quando ei deest spes, & non est spes in Deo, ubi non est amor Dei.

58. Nec Deus est, nec religio, ubi non est charitas.

59. Oratio impiorum est novum peccatum, & quod Deus illis concedit, est novum in eos iudicium.

60. Si solus supplicij timor animat poenitentiam, quo haec est magis violenta, eo magis ducit ad desperationem.

61. Timor non nisi manum cohibet, cor autem tam diu peccato addicitur, quam diu ab amore iustitiae non ducitur.

62. Qui à malo non abstinere, nisi timore poenae, illud committit in corde suo, & iam est reus coram Deo.

63. Baptizatus adhuc est sub lege, sicut Iudeus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore.

64. Sub maledicto legis nunquam fit bonum; quia peccatur, sive faciendo malum, sive illud non nisi ob timorem evitando.

65. Moy-

65. Moyses, Prophetae, Sacerdotes, & Doctores legis mortui sunt, absque eo, quod vllum Deo dederint filium, cum non effecerint, nisi mancipia, per timorem.

66. Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicuti bestiae; sed per fidem, & per amorem, sicut filij.

67. Timor servilis non sibi representat Deum, nisi ut Dominum durum, imperiosum, iniustum, intracabilem.

68. Dei bonitas abbreviavit viam salutis claudendo totum in fide, & precibus.

69. Fides, usus, augmentum, & premium fidei, totum est donum purae liberalitatis Dei.

70. Nunquam Deus affligit innocentes, & afflictiones semper serviunt, vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.

71. Homo ob sui conservationem potest se se dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter eius utilitatem.

72. Nota Ecclesiae Christianae est, quod sit Catholica comprehendens, & omnes Angelos Coeli, & omnes electos, & iustos terrae, & omnium saeculorum.

73. Quid est Ecclesia, nisi coetus Filiorum Dei manentium in eius sinu, adoptatorum in Christo, subsistentium in eius persona, redemptorum eius sanguine,

ne,

ne, viventium eius spiritu, agentium per eius gratiam, & expectantium gratiam futuri seculi.

74. Ecclesia, sive integer Christus, incarnatum Verbum habet ut caput, omnes verò Sanctos, ut membra.

75. Ecclesia est vnus solus homo, compositus ex pluribus membris, quorum Christus est caput, vita, substantia, & persona: Vnus solus Christus compositus ex pluribus Sanctis, quorum est sanctificator.

76. Nihil spatiosius Ecclesia Dei, quia omnes electi, & iusti omnium seculorum illam componunt.

77. Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, & membro Christi, cessat interius habere Deum pro Patre, & Christum pro capite.

78. Separatur quis à Populo electo, cuius figura fuit Populus Iudaicus, & caput est Iesus Christus, tam non vivendo secundum Evangelium, quam non credendo Evangelio.

79. Vtile, & necessarium est omni tempore; omni loco, & omni personarum generi studere, & cognoscere spiritum, pietatem, & mysteria Sacrae Scripturae.

80. Lectio Sacrae Scripturae est pro omnibus.

81. Obscuritas sancta Verbi Dei non est laicis ratio dispensandi se ipsos ab eius lectione.

82. Dies Dominicus à Christianis debet sanctificari lectionibus pietatis, & super omnia Sanctarum Scrip-

turarum. Damnosum est velle Christianum ab hac lectione retrahere.

83. Est illusio, sibi persuadere, quod notitia mysteriorum Religionis non debeat communicari feminis lectione Sacrorum Librorum. Non ex faeminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia, ortus est Scripturarum abusus, & natae sunt haereses.

84. Abripere è Christianorum manibus novum Testamentum, seu eis illud clausum tenere, auferendo eis modum illud intelligendi, est illis Christi os obturare.

85. Interdicere Christianis lectionem Sacrae Scripturae, praesertim Evangelij, est interdicere vsum luminis filijs lucis, & facere, ut patiantur speciem quandam excommunicationis.

86. Eripere simplici Populo hoc solatium, iungendi vocem suam voci totius Ecclesiae, est vsum contrarium praxi Apostolicae, & intentioni Dei.

87. Modus plenus sapientia, lumine, & charitate, est dare animabus tempus portandi cum humilitate, & sentiendi statum peccati, petendi spiritum poenitentiae, & contritionis, & incipiendi ad minus satisfacere iustitiae Dei, antequam reconcilientur.

88. Ignoramus, quid sit peccatum, & vera poenitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit,

Et detrectamus, separationis istius ferre confusio-  
nem.

89. Quartus decimus gradus conversionis peccato-  
ris est, quod, cum sit iam reconciliatus, habet ius assis-  
tendi Sacrificio Ecclesie.

90. Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet,  
vt eam exerceat per primos Pastores, de consensu sal-  
tem presunto, totius corporis.

91. Excommunicationis iniuste metus nun-  
quam debet nos impedire ab implendo debito nostro.  
Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando homi-  
num nequitia videmur ab ea expulsi, quando Deo,  
Iesu-Christo, atque ipsi Ecclesie per charitatem affixi  
sumus.

92. Pati potius in pace excommunicationem,  
& anathema iniustum, quam prodere veritatem, est  
imitari Sanct. Paulum, tantum abest, vt sit erigere se  
contra auctoritatem, aut scindere vnitatem.

93. Iesus quandoque sanat vulnera, quae prae-  
ceps Primorum Pastorum festinatio infligit sine ipsius  
mandato; Iesus restituit, quod ipsi inconsiderato zelo  
rescindunt.

94. Nihil peiorem de Ecclesia opinionem inge-  
rit eius inimicis, quam videre illic dominatum exer-  
ceri supra fidem fidelium, & foveri divisiones propter  
res, quae nec fidem ledunt, nec mores.

95. Veritates eo devenerunt, vt sint lingua  
quasi peregrina plerisque Christianis, & modus eas  
prae-

praedicandi, est veluti idioma incognitum: adeo re-  
motus est à simplicitate Apostolorum, & supra com-  
munem captum fidelium: neque satis advertitur,  
quod hic defectus sit vnum ex signis maximè sen-  
sibilibus senectutis Ecclesie, & irae Dei in filios  
suos.

96. Deus permittit, vt omnes potestates sint con-  
trariae Praedicatoribus veritatis, vt eius victoria attri-  
bui non possit, nisi divina gratia.

97. Nimis saepe contingit, membra illa, quae ma-  
gis sanctè, ac magis strictè vnita Ecclesie sunt, respici,  
atque tractari tanquam indigna, vt sint in Ecclesia, vel  
tanquam ab ea separata, sed iustus vivit ex fide, & non  
ex opinione hominum.

98. Status persecutionis, & poenarum, quas  
quis tolerat tanquam hereticus, flagitiosus, & im-  
pius, vltima plerumque probatio est, & maximè me-  
ritoria, vtpote quae facit hominem magis conformem Ie-  
su-Christo.

99. Pervicacia, preventio, obstinatio in no-  
lendo, aut aliquit examinare, aut agnoscere se fuis-  
se deceptum, mutant quotidie quoad multos in odo-  
rem mortis id, quod Deus in sua Ecclesia posuit, vt in  
ea esset odor vitae. V.g. bonos libros, instructiones, sanc-  
ta exempla, &c.

100. Tempus deplorabile, quo creditur ho-  
norari Deus, persequendo veritatem, eiusque dis-  
cipulos. Tempus hoc advenit... Haberi, & tracta-

ri à Religionis Ministris tanquam impium, & indignum omni comertio cum Deo, tanquam membrum putridum, capax corrumpendi omnia in societate Sanctorum, est hominibus pijs morte corporis mors terribilior. Frustra quis sibi blanditur de suarum intentionum puritate, & zelo quodam Religionis, persequendo flamma, ferroque viros probos, si propria passione est excecatus, aut abreptus aliena, propterea quod nihil vult examinare. Frequenter credimus, sacrificare Deo impium, & sacrificamus diabolo Dei servum.

101. Nihil spiritui Dei, & doctrinae Iesu Christi magis opponitur, quam communia facere iuramenta in Ecclesia, quia hoc est multiplicare occasiones peierandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis; & efficere, ut nomen, & veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum.

EPI-

## EPITAPHIVM.

Quesnelliana laes successi Jansenianæ,  
 Quæ tamen est vtero progenerata meo.  
 Infelix miseræ genitrix, & filia natæ  
 Prodivi ex ipso germine, quod peperit.  
 Nam fundare arcem meritis prior orsa superbis,  
 De capite ad corpus elucere opus volui.

Sic Pelagianæ, & Nestorianæ hæresibus  
 funus egit S. Prosper gemino tantum  
 vtriusque notamine  
 immutato.

FINIS.



EPITAPHIVM.

Quocumque illa luce lucetis Januaria  
Quocumque est videri progenita munda  
Iactis matris genitrix, et filia matris  
Pro divi ex ipso germine, quod peperit  
Nam fundat nec matris prior omnia lapidis  
De capite ad corpus elucere opus volat  
Sic Belgiana & Nestora hinc hinc  
Iam egit. Prospero gemino tam  
Iam vultus notamine  
innuente.

FINIS.



TR

Sic

W

6